

Silentio involvendum non est, quod plura hujus Provinciae loca, aut miraculose praevisa, aut prophetico spiritu praedicta sint; ut etiam de hoc dubitari non potest, in quo visus est, multo ante monasterii constructionem, juvenis quidam splendidus cum vexillo candido⁵⁰ per aera expanso, quod dubio procul veros Christi milites praesignabat, qui in eo loco, die noctueque divinis laudibus, ac carnis mortificationibus incumbentes, de aereis potestatibus essent triumphaturi, et ex valle vitiorum monstra expulsuri. (43)

Nec enim defuit ibidem satan, qui Dei famulis strenue agentibus graves insidias, ipsum clerum adversus capucinos armando, pararet; eo quod infensissimos vitiorum hostes, quae vitia divini verbi malleo conterere ubique nitebantur, se exhibebant. Liceat, vel unius parochi⁵¹ adversus innocentes capucinos insolentiam et malevolum animum referre. Is cum pastoris officio Stantii fungeretur, essetque horrendis, foedisque peccatorum maculis conspersus, utpote qui ex concubinato proles multiplicaverat, timens ne reclamantibus capucinis foedea pellice privaretur, instinctu larvarum infernalium, et contra fabricam et contra capucinos è suggestu ignominiosa personare ac effutire coepit, illos nunc hypocritas, jam vagabundos quibus minime fidendum esset indignabunde vocitans. Divina ultio non diu abfuit, nam repente et utroque lumine orbatus, et adeo bonis temporalibus privatus fuit, ut stipem ad tumulum usque emendicare deinceps coactus sit. In se tandem reversus fateri saepius non erubuit poenam hanc sibi a justo Iudice, sanctorum suorum protectore ac vindice, inflictam eo quod contra omne jus capucinis veris Dei famulis, detraxisset.

Relatu dignissimum est quod, circa annum 1629, post obitum F. Desiderati, Vallesiani clerici, Subsylvaniae contigit. Is in saeculo adhuc agens, ecclesiae cathedralis Sedunensis expectans canonicus, probatisque moribus erat; qui divino desuper spiritu afflatus, mundi periculis valedicens, seraphicae religionis capucinatorum habitu induitur anno 1627. Qui revoluti anni circulo, professione emissa Subsylvaniam, ut ad locum devotioni

⁵⁰ In diesem prächtigen Jüngling mit der flatternden Fahne sehen wir heutzutage ein Symbol des glaubensstarken Stanserstudenten mit der Parole „Arma lucis“.

⁵¹ „Liceat vel unius parochi“, also war der Stanser Pfarrer nicht der einzige, der gegen die Kapuziner Stellung nahm.

⁵² Die Erblindung, wodurch der Pfarrer von Stans — Andreas Dietelried — gestraft wurde, wird auch von unserm Annalisten, P. Electus von Laufenburg, erzählt. SF 5,154ff. Dazu schreibt P. Rainald Fischer: „Die Nachricht, der Pfarrer sei zur Strafe blind geworden, dürfte kaum stimmen. Dietelried starb schon 1583. Hingegen ist die Erblindung seines Nachfolgers, Andreas Zbären, bezeugt (Beiträge zur Geschichte Nidwaldens 6,67f.). Es handelt sich offenbar um eine typische Verkürzung der Perspektive. Da diese Aufzeichnungen erst um 1630 gemacht wurden, faßte man die beiden Geistlichen zu einer Persönlichkeit zusammen. Zbären kam 1587 nach Stans; damals hatte ein Predigen gegen den Klosterbau keinen Sinn mehr.“ Fischer 64, Anm. 4f.

plurimum faventem, mittitur, ubi peste correptus, etsi mature, foeliciter (44) tamen vitae finem imposuit. Quamprimam autem ipsius innocens anima è corporis ergastulo evolavit, ecce avicula quaedam, plumis ad rubidinem vergentibus decora, advolat, quae fronti defuncti insedit, unde nullo conatu a fratribus expelli potuit. Corpus supra asserem more solito positum, et ad constitutum locum delatum, sequuta est fidelis comes volitando avicula. Adest summo mane persona quaedam devota, quae P. Guardiano affirmat se nocte illa lumen splendidum ex monasterio sursum ferri conspexisse.

Hic pariter resurrectionem mortuorum praestolatur corpus R. P. F. Eustachii a Pontremulo Itali, qui statura licet pusillus fuerit, virtutum tamen omnium epitome extitit. Is annum agens octuagesimum quintum, et Guardiani munere hic laudabiliter fungens animam multis virtutum splendoribus nitentem Deo consecravit 23. Septembris, 1613, cujus sanctimoniam vel unico hoc miraculo Deus patefieri voluit: Matriona quaedam devotione insignis D. Antonii Lussii conjux, manum adeo plurimis annis debilem foverat, ut vix aliquid exiguo temporis spatio sustentare valeret; haec cum a vicinis percepisset P. Eustachii defuncti corpus in proximo terrae mandandum, semetipsam sic est affata: Audiui, quam pius, quam bonus ac exemplaris fuerit defunctus ille Pater; vadam ergo ipsiusque obsequiis simplex adero, num forte manus mea pristinae restituatur sanitati; accessit in Domino, ejusque fideli servo confidens, et, firmata sanataque eadem hora manu, gaudens inde recessit. (45)

Lucerna

Anno 1583, lux splendidae capucinatorum vitae Lucernam,⁵² insignem Helvetiae civitatem illustravit, ideoque hujus micantibus lucis radiis magis adhuc illustratum iri arbitrata est, si propius fulgorem suum sibi ministraret; sane enim Lucerna lucernae, lux luci, fulgor fulgori copulatus magis resplendet: nam „Justorum semita quasi lux splendens procedit et crescit, usque ad perfectum diem.“ Vocarunt ergo Lucernenses, et quam humanissime in suam civitatem capucinos invitarunt; qui omnibus omnia facti, ad omnia charitatis officia cunctis exhibenda comparuere, ac primitus in quodam loco sanctissimae Annae, Deiparae Matri dedi-

⁵² „Lux splendidae capucinatorum vitae“: unsere Größe liegt im heiligmäßigen Lebenswandel; ganz nach der Lehre des seraphischen Vaters. Die Tätigkeit, auch die seelsorgliche, kommt an zweiter Stelle. Gleich von Anfang an setzten sich die Kapuziner in Luzern ganz in den Dienst des Volkes und durften auch sogleich die überaus reichlichen Wohltaten erfahren. Über die Gründung in Luzern siehe Fischer a. a. O. 69—88.

cato, ubi nunc Sororum Terti Ordinis s. Francisci constructum est, habitarunt; donec monasterium in monticulo Wäsemlin nuncupato sumptibus prae nobilis D. Caspari Pfiffer, qui sibi tanquam munificentissimo fundatori in nostra ecclesia tumulum in quo jacet, paravit, omni populo applaudente erigi curavit. Quo in loco sacellum erat famosum valde, ac miraculis illustratum, ubi Deiparam Virginem olim apparuisse antiqua traditione comprobatur;⁵³ et idcirco maxima adhuc in nostra ecclesia viget populorum devotio, qui, ad explenda facta Deiparae vota, undique accurrunt, se saepe extraordinariam a Deo gratiam ibidem acquirunt. Uberes adeo fructus semper Lucernae capucini produxerunt, producuntque, ut non immerito omnium favores et beneficia copiose experiantur. (46)

Lucernae sancti Antonii Paduani memoria, ex eo maxime in summa veneratione est, (uti etiam in omnibus totius provinciae monasteriis), quod in horreo quodam non longe a monasterio nostro distante, notabile furtum ibi asservatum, ab ipso sancto Antonio, in vestibus candidis toties apparente, quoties fur illud auferre nitebatur, fidelissime custoditum fuit, ut ipse fur contritus, et poenitentiae sacramento purgatus, ore proprio confessus est.

Hic, praeter complures praeclaros viros, sepultus jacet F. Andreas a Lugano, laicus, plurimis virtutibus clarus, qui post sacrosanctae Eucharistiae sumptionem, supernas visitationes abunde degustans, suavissimos gemitus reprimere solitus, in angulo chori stans, prae nimia spiritus ténéritudine, non genas tantum mellitis lachrymis, sed et pavementum rigabat. Vixit in hac provincia annis 29, et Definitoris munere semel perfunctus est. Lucerna NB. vide vitam P. Chrysostomi.⁵⁴ (47)

Suitzium

Anno 1585, sancti instituti capucinatorum gratissimus odor ad magistratum Suitensem omnesque hujus vallis incolas perlatus est, quos idcirco ad monasterium in sua ditione construendum humanissime invitarunt. Comparent Fratres, locum eligunt, primum lapidem, erecto salutifero crucis sanctae vexillo, mittunt plaudentibus universis, et Deo intime gratias referentibus, qui tam ferventes operarios in vineam hanc ablegare dignatus fuerat. Monasterio itaque paulo post ad perfectionem perducto, vitia exulare, virtutes pullulare, et sacrosancta Ecclesiae sacramenta quae ni-

⁵³ Über die Erscheinung auf dem Wäsemlin siehe HF Bd. 8, 1—364. Über dieses Zeugnis von P. Rudolf siehe daselbst S. 91—96.

⁵⁴ Die Worte: „Lucerna N. B. vide vitam P. Chr.“ wurden später eingetragen und beziehen sich auf die Lebensbeschreibung, die später in dieser Descriptio auf S. 131—145 (pag. nach dem Original) folgt.

mirum viluerant frequentari cum magna veneratione vidisses: quae de votio adeo crevit, ut nostris temporibus poenitentium numerus annuatim millia duodecim includat.

Anno 1621, cum monasterium paulo remotius a pago staret, adeo ut hyemali tempore, ob nivium abundantiam, et glaciei pericula, arduum nimis illud frequentare, tam ad divina audienda, quam ad eleemosinas deferendas, foret, a fratribus, omnium votis ac precibus impulsis, derelictum est, qui ad novum ex collectis eleemosinis aedificatum viciniore et commodiori loco, migrarunt. (48)

Appencella

Etsi pene postremum inter cantones Helvetiae catholicos locum possideat Appencella, (quartum) tamen monasterium in hac provincia suis instantissimis precibus promeruit. Anno enim 1586, cum fides orthodoxa in summis ruinae periculis versaretur, et non pauca vitia per totam ditionem dominari viderentur accurrunt, opemque ferunt capucini, qui adeo efficaciter Ecclesiae Dei casum minitanti scapulas, vitiisque umbonem sacri evangelii objecere, ut illa deinceps firmior, virtus vero fugatis vitiis splendidior ubique extiterit. Tanta fuit hic brevi tempore ac tam abundans messis, ut et laicorum fratrum ope et auxilio, ad erudiendam plebem opus fuerit.⁵⁵ Hos inter devotissime laboravit F. Jacobus ex Alsatia, vir magnae pietatis, et in victu amictuque austeritatis, qui idcirco apud omnes beati nomen promeruit. Non minori fervore suam opellam impendit F. Franciscus ex Sultz, qui licet in Virmbergensi ducatu natus et enutritus, ac haeretico veneno diu imbutus fuerit, attamen, singulari divino consensu, abjurata pravitate haeretica, in catholicae fidei professione diem suum Augustae Vindelicorum clausit, et, ut pie creditur, primum ac infinibilem in coelo inchoavit.

Primus divini seminis in hoc loco sator fuit R. P. Fabricius a Lugano,⁵⁶ vir magni meriti et eximiae virtutis; cui successit R. P. Ludovicus Saxo,⁵⁷ magni cancellarii Saxoniae ducis filius, qui in Italiam, illam per-

⁵⁵ Ähnlich wie heutzutage in den Missionsländern, mußten Ende des 16. Jahrhunderts im Appenzellischen auch die Brüder sich in die Seelsorge einsetzen. Ein ganz modernes Postulat, dem auch das Zweite Vatikanische Konzil seine Aufmerksamkeit schenkt.

⁵⁶ P. Fabritius von Lugano — Familienname ist nicht bekannt — (1556—1619), Provinzial 1599—1600; Januar 1583 kam er in die Schweiz aus der Mailänder-Provinz; ein vorzüglicher Prediger, der mit seinen Predigten dem Orden bei Behörden und Volk große Sympathien erwarb und so wesentlich zur Ausbreitung der Provinz beitrug. PAL t.1 H; Coll. Fr. 4, 144—46; SF 10, 41 f; Fischer, siehe Register S. 328.

⁵⁷ P. Ludwig von Einsidl von Sachsen (von Dresden), E. in Rom, 1584 in die Schweizerprovinz, entfaltete hier eine große, segensreiche Tätigkeit als wahrer Apostel in stürmischen Tagen; brachte die sog. Pfanneregger Reform in Fluß zum Segen vieler Franziskanerinnenklöster, starb in Augsburg 1608 im Rufe der Heiligkeit. Er ist eine der

lustrandi idiomaque perdiscendi causa missus, Deo coelitus mirabiliter animum ejus movente, (49) conversus, et seraphico capucinatorum amictu indutus, ab Ad. R. P. Generali in hanc Helveticam Provinciam destinatur; in qua, ac praesertim Appencellae, suis ignitis, doctis ac vere seraphicis concionibus et exemplis, tot spirituales liberos Ecclesiae et coelo genuit, ut Provinciae gemma singularis, et Appenzellensium apostolus merito sit nuncupandus.

Inter praeclaros fructus quos hic capucini ediderunt, fuit plurimorum haeretica tabe ac vertigine laborantium sanatio et plena conversio; et non paucorum in errore induratorum expulsio, quorum nullus amplius, imo ne unus haeticorum fautor, post separationem catholicorum ab haeticis, deinceps comparet. Porro tam bene, tam frequenter ac devote sanctissimis poenitentiae ac eucharistiae sacramentis vacant, ut merito omnes qui eorum consuetudine usi sunt, in stuporem inducantur; adeo ut annuatim poenitentes numerum undecim millium facile excedant. Monasterium hoc ex collectis eleemosinis et civium contributionibus symbolisque erectum fuit. Plures monialium conventus, labore et industria dicti P. F. Ludovici refluere coeperunt, in quibus monasticus splendor tenebris sopitus, ob liberum tam virorum quam mulierum ingressum, erat adeo, ut vix monastici habitus minima signa, non sine gravi scandalo apparerent. Jam non monasteria mulierum, sed tabernacula angelorum diceret.

In pestiferorum obsequiis hic animas coelo dicarunt R. P. F. Stephanus, vir tum pietate, cum exemplaris vitae famosus, quique hic primitias suas, ac ultimum missae sacrificium Deo obtulit; P. F. Silvester Brigantinus, et F. Daniel laicus. Anno 1588, in festo seraphici P. S. Francisci, fratres in monasterium migrarunt. (50)

Eo ipso tempore quo praeclarus P. F. Ludovicus Saxo ultimum diem clausit, Augustae Vindelicorum, mirum dictu, Appenzellensis conventus adeo concussus est, ut terrae motus accidisse videretur. Signum hoc valedictionis fuisse quidam arbitrati sunt.⁵⁰ Nam, tanquam verus harum partium apostolus, universos sua doctrina et exemplo coelo parere conatus est. (51)

prachtvollsten Gestalten unserer Provinz. PAL Schachtel 3667; t. 117, 233–55; Prot. m. 10; SF 10, 45; 1, 74, 118; 2, 35, 57; Coll. Fr. 4, 1–137; Fischer, siehe Register S. 332.

⁵⁰ Dieses Erdbeben, das nur im Kloster Appenzell bemerkt wurde, wird auch vom Annalisten P. Electus von Laufenburg (1600–1672) bezeugt: „Eben in der stund seines Todts, das umb 5 Uhr nachmittag ware, erciderte der gestalt unser Hauss und Kirchen zu Abbenzell, und das zum 3. ten mahl, das die Brüder sich auch an den Bänckhen kaum vor umfallen erhalten köndten. — Khommt darauf Bottschafft von Augspurg, das eben in selbiger Stundt diser herrliche Apostolische Mann von dissem Jamerthal zum besseren Leben gefahren were.“ PAL t. 116, 26 f.

Badena

Anno 1587 R. P. Stephanus a Molano, Commissarius Generalis,⁵⁹ P. Alexium Mediolanensem Badenam cum Superioris titulo destinavit, Illustrissimo Domino Paravicino⁶⁰ Nuntio Apostolico procurante, qui talia de se tam pietatis, quam doctrinae specimina edidit, ut summis precibus plurimum fratrum, praesentia accelerata fuerit,⁶¹ non tamen absque quorundam malevolorum gravi reluctantia, quorum paratas insidias, divino muniti praesidio, et Deiparae roborati auxilio, facile declinarunt.

Oppidum hoc Badense ob thermarum saluberrimarum excellentiam, nobilissimum ac famosissimum est; cujus foelicitatem vicini Zwingliani plurimum aemulantur; quorum tamen impietatem, saepius fores pulsantem, catholico constantique animo semper devicit; ac tunc maxime cum Zwingliani ministelli sub orthodoxae religionis specie, simulata, ut assolent, sanctitate ac evangelica puritate, (licet simia sit simia, quamvis aurea gestet monilia), non in thermis tantum, sed et in publico ante sacras aedes sanctissimae Annae⁶² matris Deiparae, falsorum dogmatum venena diffunderent, ut sic paulatim in omnes catholicos badenses permaneret. Adfuit subito Divinum Numen quod blandae matris munere fungens, et badense hoc oppidum ab omni haereseos labe tueri volens, legitimos seraphici Patris S. Francisci filios, qui adversus hanc venenatam hydram armatura fidei induti (52) viriliter ac genere decertarent, providentia singulari in subsidium mittit.

Adest impavido animo P. F. Ludovicus Saxo,⁶³ parat arma, ensem acuit, tela vibrat, tuba verbi Dei personat, cum tanto spiritus ardore et dicendi

⁵⁹ P. Stephan von Milano, aus der Provinz Venedig; in der Schweiz 1584–89, Provinzkommissar 1581–83, Fischer 305–309 u. passim, s. Register S. 335a; vgl. H¹ 9, 51–52.

P. Stephan stammt nicht, wie P. Rudolf schreibt, von Molano, sondern von Mailand (Milano). Storia dei Cappuccini Veneti vol. II (Venezia 1957) 277; 388; P. Davide, Annali BB, f. 11.; Necrologio dei Frati Minori Cappuccini della Provincia Veneta di Sant'Antonio, parte II, 15. Gültige Mitteilung von P. Arturo M. da Carmignano di Bretea OFM Cap.

⁶⁰ Octavius Paravicini, Bischof von Alessandria, Nuntius in der Schweiz 1587–91, den Kapuzinern gegenüber sehr wohlwollend und ihre Ausbreitung in der Schweiz wirksam fördernd. Fischer, 248–51 (Baden), 258–62 u. passim, s. Register 333a.

⁶¹ Der Sinn des Relativsatzes mag der sein: P. Alexius war wegen seiner Frömmigkeit und Gelehrsamkeit von den Brüdern so geschätzt, daß die Reise nach Baden beschleunigt wurde. Worin bestand diese Beschleunigung?

⁶² Die spätgotische St. Anna Kapelle stand auf der rechten Uferterrasse beim Siechenhaus. An deren Stelle stehen heute das Bürgerasyl und das städtische Krankenhaus. Otto Mittler, 500 Jahre Stadtkirche Baden (Baden 1958) 43f.; ders., Katholische Kirche des Bistums Basel 5 (Olten 1937) 988.

⁶³ P. Ludwig von Sachsen kam im Nov. 1588 nach Baden, wo er eine erfolgreiche Predigtstätigkeit eröffnete. Fischer 249ff: Näheres über die Gründung des Kapuzinerklosters Baden bei Fischer 248–54.

eloquentia, emphasi et efficacia, (erat enim sane potens opere et sermone), ut omnium pene animos emolliret, ac oculos totius civitatis ad se converteret. Non enim ex eorum concionatorum numero erat, qui balare cum ovibus quidem possunt, fructus autem bonae operationis producere nequeunt, de quibus sic apposite loquitur Petrus Damianus, Epist. 105: „Tu, fili, ut praedicandi sortiaris officium, imitare vel ovis exemplum; quae cum vivit, turpiter balat; mortua vero, in instrumentis musicis suaviter cantat. Sic qui carnaliter vivunt, balare cum ovibus inaniter possunt, non viter explere praedicationis officium nesciunt.“

Non, inquam, in albo illorum erat qui loquuntur placentia, laudesque vanas venantur, sed imitati videbatur praecursorem Salvatoris, qui poenitentiam suis auditoribus miro spiritus fervore clamabat Matth. 3: „Gemma viperarum, quis ostendit vobis fugere a ventura ira? Poenitentiam agite; nam securis ad radicem arboris posita est.“⁶⁴ Sic ipsius verba erant velut ignitae sagittae, corda magnatum quorumcumque petentia, penetrantia, ac non raro ad veram poenitentiam vulnerantia; quales sunt illa de quibus loquitur propheta regius, Psal. 44: „Sagittae tuae acutae, populi sub te cadent in corda inimicorum regis.“⁶⁵ (53)

Tempore adventus R. P. Ludovici a Saxonia, Badenae frequentissima celebrabantur comitia; cum enim oppidum satis amoenum et opulentum sit, confoederatorum Helvetiorum conventus congregantur, quibus praesentes erant tunc temporis, non solum Principum Oratores, sed et ipse Basiliensis Illustris. ac Reverendis. Episcopus Jacobus Christophorus⁶⁶, ex antiquae nobilitatis clarissima prosapia Blarerorum a Wartensee oriundus; qui tanta humanitate ac benevolentia hunc seraphici Patris S. Francisci legatum in Christi Jesu visceribus excepit, ac prae caeteris Principum Oratoribus honoravit, ut totum Badensium oppidum in admirationem raperet.

Non ignorabat praeclarus antistes, molitiones a Zwinglianis excogitatas, clerique mores altissimo ac nitidissimo sacerdotali statui minime conformes, sacramentaque ecclesiastica, praesertim poenitentiae et sacratissimae eucharistiae, semel duntaxat in anno paschali tempore currenter administrari; idcirco vero pastoralis zelo ac fervore permotus, ne tandem etiam Badensis Virgo sertum suum, catholicae fidei suaveolentibus sacrorum articulorum floribus contextum, et tot annorum curriculis conservatum,

⁶⁴ Mt 3,11; 23; 33; Lc 3,7.

⁶⁵ Ps. 44,6.

⁶⁶ Christophor Blarer, Bischof von Basel 1575–1608. Er gilt als der Restaurator der Diözese Basel und wirkte ganz im Sinn des Tridentinums. André Chèvre, Jakob Christoph Blarer (Delsberg 1964); Blarer förderte überall die Kapuzinergründungen. Fischer 226–38, 240, 247, 249.

amitteret;⁶⁷ senatui populoque Badensi, ut F. F. Capucinis conventum construendi in suis pomeriis licentiam facerent, suasit; nihil tamen, clero renitente, tunc aliud obtinuit, quam suggestum et hospitium pro fratribus.

Coepit tunc divini verbi praeco eximius P. Ludovicus majores spiritus flammās in suggestu emittere; (54) contra vitia enim ardentem adeo invehebatur, ut spiritum seraphici patris sui S. Francisci induisse videretur. Quod advertens clerus tepescens, metuensque, si vir Dei in hoc oppido diutius permaneret, suos incompósitos mores fore emendandos; instigante vitiorum coriphaeo cacodaemone,⁶⁸ nullis parcebat mediis, quibus ad suggestum aditus capucinis praecluderetur, imo extra urbem, allegata causa furti, turpiter ejicerentur. Ecce enim sacellum quoddam est in coemiterio supra ossorium S. Michaeli sacrum,⁶⁹ in quo S. martyris Sebastiani confraternitas, vulgo sagittariorum, sua suffragia expendere consuevit, quod a magistratu capucinis, ad excipiendas populi confessiones, ac mysteria diviniora explenda consignatum fuit; ex quo sacerdos quidam capucinis infensus,⁷⁰ cujus nomen honoris causa silentio tegimus, clam surreptum calicem, in cista quadam veteri ecclesiae sacristiae reposuit, qui calix primum ante sexennium, circa annum nimirum 1627, dum sacristia renovaretur, in lucem iterum, expletis triginta et quinque annis,⁷¹ cunctis admirantibus, venit: paucis post diebus, malevolo sacerdote, per tabernas et compita, a capucinis furto ablatum calicem proclamante, incondita rudisque adhuc plebs, adeo offensa fuit, ut parum abfuerit quin innocentēs servi Dei extra civitatem amandarentur; quibus tamen non defuit, qui innocentem refugium, firmamentum ac virtus est; nam paulisper placatus populus sedem capucinis stabilivit.⁷² (55)

⁶⁷ P. Rudolf vergleicht hier die katholische Kirchengemeinde Baden mit einer Jungfrau, die mit dem herrlichen Kranz der katholischen Glaubenswahrheiten geschmückt ist.

⁶⁸ Cacodaemon, ein Schimpfwort — der Schmutzteufel (caco — Kot, Dreck; cacare — kakken).

⁶⁹ Es kann sich nicht um die St. Michaelskapelle in Ennetbaden handeln, sondern um die Sebastianskapelle, die ursprünglich ein Beinhaus war, am Südhang des Friedhofes gelegen, und 1505 von der heutigen Kapelle überhöht wurde. Mittler Otto, 500 Jahre Stadtkirche Baden (Baden 1958) 44f. Tatsächlich beschreibt P. Rudolf den Standort der Kapelle so, daß sie nur auf die Sebastianskapelle paßt.

⁷⁰ Der Name des Geistlichen wird verschwiegen, weil er wahrscheinlich noch lebte und unter der Geistlichkeit bekannt war.

⁷¹ Dieser Absatz ist chronologisch lehrreich: ca. 1627 wurde der Kelch wiedergefunden, 35 Jahre vorher, also ca. 1592, predigte P. Ludwig in Baden; und der Orden hatte damals selbst eine kleine Niederlassung.

⁷² Dieser Diebstahl, der von einem Geistlichen den Kapuzinern unterschoben wird, berichtet auch Boverius (II,352), doch kommt ihm nicht die Priorität zu (Fischer, S. 250, Anm. 4), da der zweite Band von Boverius 1638 erschien, während P. Rudolf diesen Abschnitt bereits 1633 schrieb. Ebenso stimmt es nicht, wenn bemerkt wird, daß sich dieser Diebstahl in den um 1730 verfaßten Provinzannalen (t. 117, 97) zu einem Kelchdiebstahl verdichtet habe, denn P. Rudolf weiß ja von diesem Kelchdiebstahl schon 1633 Genaues zu melden.

Interea, maledicentiae, detractationis et odii plus quam Vatiniani⁷³ scenis adversus capucinos per tabernas et lusorias domos clero adhuc personante et debachante,⁷⁴ venerabilis Societas Jesu messem haud spernendam ad albedinem perventam audiens, et nonnullos pagos magis haereticis quam catholicis per comitatum favere cernens, in agrisque Tigurino et Bernensi vicinis, visitationes, concionesque clam institui posse intelligens, collegium vel potius residentiam a Badensi magistratu petiit, sed repulsam perpressa, capucini vero, nolente volente clero, confirmati sunt; plurimum in hunc finem laborante et promovente perillustri ac generoso D. Pompeio de Cruce,⁷⁵ Regiae ac Catholicae Majestatis Hispaniarum Consiliario et Oratore, ad Helvetios catholicos; coeterisque cantonum catholicorum commissariis, maxime vero Lussio equite Hierosolymitano, et Landt-amano subsylvaniensi.

Quantum exhilaratus fuerit ex concessione monasterii construendi R. P. Ludovicus, judicent illi qui aliquando de inimicis crucis Christi, parta insigni victoria, triumpharunt. Non diu cunctandum bonus pater ratus, jactis fundamentis subito structuram promovit. Extructo monasterio fratres Domini vineam solertius ac ferventius quam unquam coluerunt, adeo ut ubi singulis saltem annis sacramenta frequentarentur, in posterum adhortantibus servis Christi, singulis festivis diebus Deiparae Virginis et sanctorum apostolorum magnus utriusque sexus numerus exomologesi facta sacratissima synaxi reficiantur,⁷⁶ ut et in aliis principalioribus solemnitatibus. (56)

Quantum fuit olim odium erga capucinos hic conceptum, tantus jam erga eosdem est charitatis affectus non tantum universae plebis, sed et cleri; nec immerito; multa enim etiam omni tempore amoris officia in omnes impendere studuerunt fratres, concionando, confessiones excipiando, infirmos visitando, morte damnatos consolando, haereticos convertendo.⁷⁷ Anno 1611, cum pestifera lues totam ferme Germaniam et praesertim Helvetiam inundaret, unicus capucinus⁷⁸ qui tunc concionatoris munere Ba-

⁷³ Odium Vatinianum — ein außergewöhnlich großer Haß; Vatinus P. war Anhänger von Cäsar, von Cicero wegen seiner Verbrechen so grimmig gehaßt und so heftig angegriffen, daß Odium Vatinianum sprichwörtlich gebraucht wurde.

⁷⁴ Dieses Sittengemälde mag vielleicht von P. Rudolf mit etwas allzu starken Farben gemalt worden sein. Immerhin beweist es, daß der große Idealist und Optimist scharfe Augen für Mißstände hatte.

⁷⁵ Pompeyus della Croce war 1570—94 spanischer Vertreter in der Schweiz. Er stand den Kapuzinern stets wohlwollend zur Seite. Fischer 43, 47, 54, 116, 216f., 253, 296f., 313.

⁷⁶ Wie anderswo, so spielte auch hier die Tätigkeit der Kapuziner darauf hin, den Empfang der Sakramente zu fördern.

⁷⁷ Mit wenigen Worten umschreibt P. Rudolf den Wirkungskreis der Kapuziner: Predigt-tätigkeit, Beicht hören, Pastoration der Kranken und Gefangenen und die Bekehrung der Irrenden. Welch treue Ähnlichkeit mit der jetzigen Seelsorgsarbeit!

⁷⁸ Dieser „unicus capucinus“, der in Baden in der Pestzeit 1611 gegen 1200 Siechen beichtgehort hat, ist P. Oswald Wetzel von Zug (ca. 1578—1642). PAL 119, 269—81; Mayer

denae fungebatur, ad mille et ducentos contagiosa lue infectos sacramentaliter absolvit, qui cum apud ultimam matronam quae peste obiit, etiam correptus fuisset, non tamen a praedicationis officio, quamvis summis doloribus, etiam in suggestu, pressus, unquam cessare voluit.

Non desunt miracula a gloriosissimo Deo in hoc Badensi oppido, per merita Seraphici Patris S. Francisci, ac filiorum ejus, patrata; ex quibus unum, vel alterum recensere brevitatis gratia sufficiet. Duae virgines pro vectae aetatis, hujus oppidi cives, Margaretha et Dorothea Hoffmännin Seraphico Ordini multis annis devotissimae, cum ultra consuetas ac pias singulis septimanis eleemosinas, vinum nobile pro missae sanctissimo sacrificio quotannis offerentibus, quodam anno, cum P. Alexius mediolanensis ibidem Guardianum ageret, dolium denuo complere volentibus, non vacuum, ut putabatur, preter omnem opinionem, inventum est. (57)

Huic non absimile Providentiae divinae singularis in oppido austriaco Waldtschuot, Badensi vicino, narratur miraculum. Cum enim praenobilis et virtutum plurimarum praecllens matrona aeternae memoriae dignissima Margaretha ab Homburg⁷⁹ ex nobilissima antiquissimaque Braitenlandenbergensium⁸⁰ stirpe oriunda, vera et munificentissima capucinatorum mater ac multorum annorum hospita, filiae suae Ursulae, quae ut bonorum temporalium, sic et virtutum maternarum haeres est, demandasset, ut dolium quoddam quod omnino vacuum, eo quod tam familiae, quam maxime pauperum capucinatorum necessitatibus deservisset totius anni curriculo, putabatur, denuo implendum lavaret aptaretque, patres enim capucinos Badenam ad provincialia comitia proficiscentes brevi ad se venturos; pergit obediens filia, et eo alacrius promptiusque quo majori capucinos devotione et affectu charitativo prosequitur; cellarium cum ancilla ingreditur, foeces ex dolio purgandi causa, et ecce, mirabile dictu, dolium optimo mero omnino plenum, cum stupore maximo invenit; matri miraculum subito nuntiat, et utraque Deum Opt. Max. summopere laudat, ac erga suos famulos pietatis viscera deinceps magis auget effunditque etc. (58)

Placet hic refricare eorum memoriam qui charitativa liberalitate ad hujus monasterii fabricam sua symbola adiecere, quibus haud dubium bonorum omnium largitor ac retributor, mercedem in terra viventium rependit. In primis ex liberalitate magistratus concessum est, ut ex redditibus oppidi,

Beda, Das Kapuzinerkloster Wesemlin (Luzern 1963) 73. Frick reduziert die Zahl auf „mehr als 200“ und schwächt den Tatsachenbericht ab in ein „soll“. Barth. Frick, Geschichte der Stadt und Bäder Baden (Aarau 1880) 291.

⁷⁹ Homburg (urspr. Hohenburg), ein altes, hegaisches Adelsgeschlecht. Stammschloß zwischen Radolfszell und Stockach. HBL 4, 285a.

⁸⁰ Breiten-Landenberg, eine blühende, jüngste Linie des mächtigen, weitverbreiteten st. gallischen, später kyburg-habsburgischen Ministerialgeschlechtes Landenberg. Schloß Breiten-Landenberg in Turbenthal, Kt. Zürich. HBL 4, 585a—588.

et vacantium praebendarum, Aedili aurei mille pro fabrica inchoanda numerarentur. Supranominatus Perillustris D. Orator Regis catholici, qui non solum pro retinendis ac stabiliendis fratribus plurimum laboraverat, altaris majoris picturam, docto sane penicillo, propriis sumptibus Mediolani fieri curavit,⁸¹ suamque insuper innatam liberalitatem omni tempore erga capucinos abundanter effudit. Suam etiam opem benevole ad hoc divinum opus contulit strenuus ac nobilitate clarus D. Jodocus Pfifer,⁸² qui paulo post Lucernae consulatum gessit. Horum pietatem sancto Zelo aemulati sunt Reverendissimus D. Abbas Sancti Blasii,⁸³ et D. Praepositus Collegiatae ecclesiae S. Verenae in Zurzach,⁸⁴ quidam comes Zolleranus ex Sigmaringa; Rodolphus comes Sulzensis in Tiengen, Joanna domicella illa magni nominis per aulas imperiales, Ducumque ac Principum Germaniae ex comitum in (59) Sulz antiquissima stirpe oriunda; Joannes Wernherus liber baro in Zimbren; Joannes Udalricus a Schellenberg; Domina Veronica Spättin a Warthausen et Mittelbiberach virgo; Georgius ab Angeloch singularis fautor et patronus capucinatorum usque ad mortem, cum tota sua praenobili et pientissima familia; priorissa in Faar et Joannes a Schellenberg ex Randeck aliique quorum nomina haud dubie sunt in libro vitae.

Ex his mira elucet divina bonitas ac providentia in conservatione et multiplicatione capucinatorum, quos è mediis malevolorum hominum fluctibus misericorditer non solum eripit, sed micantissimarum stellarum instar multiplicare novit; cui idcirco, eo ardentius inde amoris et confidentiae alas assumentes, inservire debent capucini, quo amorosius eos protegit benignitas Dei. Et quo amplius daemonum instrumenta adversus ipsos insurgunt, eo majora ipsis auxilia desuper influunt. Sane enim „qui confidunt in Domino sicut mons Sion, non commovebitur in aeternum qui habitat in Jerusalem“.⁸⁵ (60)

⁸¹ Das vom spanischen Gesandten geschenkte Gemälde wirft zahlreiche Probleme auf, z.B. ob es sich um das gleiche Gemälde (*Conversatio sancta*) handelt, das jetzt nach verschiedenen Wanderungen an der Chorwand des Pfarrsaales Baden der St. Sebastianskapelle hängt? Ob dieses Gemälde dem berühmten Künstler Annibale Carracci von Bologna (1560–1609) als Schöpfer zugeschrieben werden kann? Münzel F.X., Neujahrsblatt 1945, S. 14f.; Künzle 85.

⁸² Jost Pfyffer von Luzern, Linie Wyer (1531–1610), Schultheiß 1595, 1597, 1601, 1603, 1605, 1607. Obwohl Gegner von Kaspar Pfyffer beim Klosterbau auf dem Wesemlin, war er den Kapuzinern gut gesinnt. Fischer 79–84 u. passim; HF 8,46 u. passim, s. Register S. XIIa.

⁸³ St. Blasien: eine gefürstete Benediktiner Abtei im schönen Schwarzwald, durch äußere Stellung und wissenschaftliche Bedeutung gleich hervorragend, 1805–07 aufgehoben, seit 1934 Gymnasium unter SJ; Lexikon für Theologie und Kirche⁹ (1964), 135f.

⁸⁴ P. Ludwig von Sachsen OFM Cap. bestätigte als Guardian in Baden am 11. Juni 1591 dem Propst Nikolaus Holdermeyer von Zurzach den Empfang von 200 Gulden. Staatsarchiv Aarau, 2863; Fischer, 252f. — Eine Gulde im heutigen Wert ungefähr 10–15 Franken.

⁸⁵ Ps. 124,1.

Solodorum⁸⁶

Eodem anno, nimirum 1587,⁸⁷ procurante praedicto Illustrissimo D. Paravicino⁸⁸ Nuntio Apostolico, idem P. Stephanus commissarius⁸⁹ P. F. Georgium Venetum⁹⁰ Solodorum ablegavit, qui ibidem legatione pro Christo tam praeclare functus est, ut senatus fratribus monasterium propriis sumptibus munificentissime erexerit, cujus ecclesia anno 1597 ab Illustrissimo Domino Nuntio apostolico Joanne Turriano episcopo Veglensi,⁹¹ consecrata est. Cum autem in dies, stimulantibus capucinis, totius populi in Deum fides, quae antea valde modica erat, cresceret, et erga capucinos devotio, confluentibus ad Fratrum ecclesiam non solum civibus, sed etiam circumjacentium locorum incolis, quos ecclesiae angustia minime caperet, promovente nobilissimo, ac famosissimo ob praeclaras dotes, Domino Joanne a Roll,⁹² Equite ac praetore senatus Solodorensis, patrono ac perpetuo capucinatorum fautore, nova et amplior a fundamentis constructa est,⁹³ quae tamen adhuc ob ingentem populorum concursum arcta nimis videtur, poenitentium numero ad millia 13 quotannis crescente.

Solodorum urbs est catholicissima ac celeberrima inter Helvetiae cantones catholicos, tum ob situs jucunditatem, quae non tam affluentem quam singulariter decorantem habet vastum satis fluvium Arulam: tum propter originem antiquissimam, utpote quae temporibus patriarchae Abrahæ quadringentos ac 40 annos ante Christum natum fundamenta⁹⁴ iecit,

⁸⁶ P. Rudolf legt eine wahre Vorliebe, ja eine eigentliche Begeisterung für Solothurn an den Tag, hier und an andern Stellen seiner Descriptio, und preist Solothurn als „Semi-paradisum pietatis“.

⁸⁷ In der Jahreszahl 1587 hat sich P. Rudolf (auch t. 115, 31) geirrt, da nach neuesten Forschungen P. Georg, begleitet von P. Andreas Meier von Sursee, erst am 11. Nov. 1588 in Solothurn ankam. P. Siegfried Wind, Zur Geschichte des Kapuzinerklosters Solothurn (Solothurn 1938) 9ff.; Fischer 233—43; PAL t. 117, 94.

⁸⁸ Siehe oben Anm. 60.

⁸⁹ P. Stephan von Mailand, aus der Provinz Venedig, wo er 1581—82 Provinzial gewesen. Er kam in die Schweiz, 4. 8. 1584, wurde Provinzkommissar (1584—89), erwarb sich um den Ausbau der Schweizerkapuziner-Provinz große Verdienste. † 1593 in Siena. PAL t. 74, 24; t. 117, 39—81; t. 149, 16; Fischer, siehe Register p. 335.

⁹⁰ P. Georg von Venedig, dort Provinzial 1586; kam in die Schweiz Mai 1588, Oberer 1588—89. PAL t. 115, 31, 32, 53, 54; t. 117, 94ff.

⁹¹ Nuntius Johannes della Torre, Bischof von Veglia, war apostolischer Nuntius in der Schweiz 1595—1606.

⁹² Johann von Roll 1573—1643, von 1624 an wiederholt Schultheiß von Solothurn bis zu seinem Tod (21. 10. 1643). HBL 5, 685f.; 6, 424b.

⁹³ Die alte Kirche wurde 1629 zum Teil abgerissen; die neue Kirche, bedeutend größer, konnte am 21. Okt. 1630 bezogen werden und erhielt die feierliche Weihe am 14. Aug. 1633; Wind, a. a. O. S. 111—116.

⁹⁴ Dank der hingebenden Forschungen von Meisterhans († 1894) und Heierli († 1912) kann Solothurn in die prähistorische und archäologische Zeit zurückdatiert werden. HBL 6, 400—406. Nicht weniger als 13 Seiten widmet Franz Haffner in seinem „der klein Solothurner Allgemeine Schaw-Platz“ der Untersuchung über das hohe, vor-abrahamische Alter. A. a. O. 2. Teil S. 3—16.

de qua sequens distichum sic in antiquis tabellis sonat: In Celtis nihil est Solodoro antiquius, unis exceptis Treviris,⁹⁵ quarum ego dicta soror. (61)

Tum maxime nobilissimum est Solodorum ob sanctissimos ac nominatissimos Martyres de inclyta Thebeorum legione Ursum et Victorem, cum sexaginta quatuor sociis, qui hic ab Hirtaco loci hujus tunc praeside, anni Redemptoris ducentesimo octogesimo octavo pridie calendas octobris glorioso martyrio coronati sunt. Hi superatis ab homine sanguinum variis ac horrendis suppliciis pro fide orthodoxa tuenda, tandem capite plectuntur, et è ponte, qui ab urbe quingentos circiter passus distabat, cujus fragmenta pro reliquiis merito habentur, statim praecipitantur; nec tamen ab illo loco longe defluunt, sed, o res omnino stupenda! sua capita manibus gestantes flumen egressi, et ad eum locum, ubi nunc in ipsorum honorem basilica perseverat, ambulantes pervenerunt; mira, inquam, res, at mirabilibus mirabilia succedunt, ut Dei laus et gloria in sanctis suis magis elucescat, sanctorum enim haec prodigiosa processio genua ad terram flectit, capita semper in manibus tenens, et per unius quasi horae spatium, priusquam sua corpora in terram dimitterent, cunctis cernentibus orant; oratione finita, corpora leniter ad terram inclinarunt, ac si dicturi essent: haec requies nostra; quo in loco annis quingentis latuere, donec serenissima Bertha,⁹⁶ Rodolphi Burgundiae et Romanorum Regis conjux, ex qua sancta Adelheidis,⁹⁷ Othonis primi Imperatoris uxor, materque secundi Othonis, avia vero Tertii Othonis foelici partu progenerita est, Spiritus Sancti instinctu admonita, pretiosum reliquiarum illarum thesaurum (62) reperire avido spiritu desiderans, ac ideo Altissimo humiles preces, copulatis jejuniis ac eleemosinis devotissime fundens, tandem a summo humilium cordium cognitore ac exauditore Christo exaudita, per revelationem didicit ubinam thesaurus effodiendus esset; cum ergo locum ubi sanctorum corpora jacebant saepius devotissime invisens circumspiceret et magno desiderio indagaret, ex indicio fulgidae lucis, quam crebro animadverterat, et odoris suavissimi, veluti redolentium rosarum, verum sepulturae locum cognovit.⁹⁸

⁹⁵ Treviris — Trier an der Mosel, galt als die älteste Stadt Europas, was aus dem Vers erhellt, der das Rathaus von Trier zierte: „Ante Romam Treviris stetit annis mille tres trecentis.“ Hübner Johann, Reales Staats-Zeitungs-Lexikon (Regensburg 1748) 1145a.

⁹⁶ Bertha, Königin von Burgund († 937), lebt im Munde des Volkes als fleißige Spinnerin, und ihr Name erinnert an die schöne Zeit, wo Bertha spann. Lexikon der Frau 1, 405f.

⁹⁷ Adelheid (931—99), deutsche Kaiserin, 1097 heiliggesprochen von Urban II. Lexikon der Frau 1, p. 31.

⁹⁸ P. Rudolfs Erzählung lehnt sich an alte Überlieferungen an, wonach Ursus und Viktor, Soldaten der thebäischen Legion, auf der Flucht vor den Verfolgern nach Solothurn kamen und hier unter Kaiser Maximilian um 302 wegen christlichen Bekenntnisses gemartert wurden. Lexikon für Theologie und Kirche (1938) 458f.; F. Schwendemann (Solothurn 1928) 443—49; Amiet J., Der St. Ursus-Pfarrstift (Solothurn 1878) 8—18.

Invento igitur tam grato thesauro, sua illico gaudens divendit, locum ipsum emit, corpora beatorum honore quo potest maximo colligit,⁹⁹ illisque basilicam cum venerabili collegio extruxit, quam dotibus, proprietatibus, privilegiis, aliisque praeclaris libertatibus et ornamentis magnifice decoravit.¹⁰⁰ Nec immerito, nam eo venientes caeci, surdi, claudi, imbecilles, paralitici et obsessi, seu quacunque alia infirmitate detenti, corpora beatorum tangentes sanitati restituebantur atque etiam nunc, si fides petentium non titubet, per Dei gratiam curantur.

Silentio involvam, brevitatis gratia, quale et huic urbi ornamentum sit St. Verena virgo,¹⁰¹ genere Thebaea, quae Diocletiano Jovio, Maximianoque Herculeo Imperatoribus, honestis parentibus progenita, episcopo Chirmoni baptismi sacramento expianda inque Christi fide erudienda, confirmandaque traditur; sacrorum deinde Italiae locorum visendorum studio incensa, Mediolanum se contulit, ubi aliquot annos commorata, christianos in vincula coniectos, opera ac facultatibus sustentabat. Thebea autem legione ob Christi confessionem, impii (63) Maximiani jussu, interfecta, alio se conferre decrevit; quare non longe ab urbe speluncam quandam elegit in qua sic per aliquod temporis spatium delituit, ut nullus id sciret, nisi pia quaedam mulier, qua victus ei subministraretur; dum igitur vigiliis, jejuniis atque orationibus intenta, Deo suo, maxima animi voluptate, deserviret, ab iniquitatis ministris inventa, ut christianam ad praefectum regionis deferunt: virgo autem sancta cum nec impiorum minis, nec terroribus commoveri posset, ut idolis, tunc temporis hic cultis, ut plurima adhuc vestigia et monumenta reperiuntur, locus praesertim Hermii collis dictus¹⁰² ostenditur, ubi jam Christi imago in cruce erecta,¹⁰³ statuetae etiam, vel idolorum columnae, quae ad aedificium collegiatae ecclesiae adhibitae sunt, sacrificaret, variis aerumnis afflicta, in carcerem conjicitur,

⁹⁹ Es wurden 17 neue Gräber von Genossen der thebäischen Legion aufgefunden. Auf dem Platze, wo die Leichname ausgegraben wurden, wurde schon früh die St. Peterskapelle erbaut, die noch steht. Amiet a. a. O. 14. Ja, die Kapelle soll noch Königin Bertha über den Thebäer-Gräbern erbaut haben. A. Guldemann, Katholische Kirchen, Kt. Solothurn (Olten 1937) S. 228.

¹⁰⁰ Königin Bertha wandelte das Regularstift S. Urs in ein Kollegiatpfarrstift von Chorherren um und begann den Bau einer neuen Kirche. Amiet a. a. O. 14.

¹⁰¹ Hl. Verena, Jungfrau, † ca. 300. Es existieren von ihr zwei ältere Viten; P. Rudolf folgt eher der Vita in Notkers Martyrologium. Lexikon f. Theologie u. Kirche 10, 556ff. Reinle Adolf, Die heilige Verena von Zurzach (Basel 1948).

¹⁰² Hermii collis — Hermesbühl in Solothurn, jetzt Neuquartier; das Schulhaus, das in diesem Quartier steht, heißt Hermesbühl-Schulhaus. Dort soll auch ein Merkurtempel gestanden sein. Geogr. Lexikon der Schweiz 5. Bd., S. 629a. „Auf dem Platz, allwo die Heiligen haben sollen in das Feuer gestossen werden, stuhnde des Abgotts Mercurij Tempel, und wird annoch heut der Hermesbühl genambset.“ Haffner Franz, a. a. O. 1. Bd. S. 151b.

¹⁰³ „Die zwei Säulen, welche oben an der Stegen, oder Treppen, wo man auf den Kirchhof der Münster-Stifts, Kirch gehet; stehen, sollen nach der dabei befindlichen Tafeln bei dem Römischen Heidentum gedient haben, daß darauf Mars und Hermes gestanden.“ Leu, Lexikon, 17. Teil, S. 264.

ubi nocte quadam beatus Mauritius qui paulo ante laurea martyrii coronatus fuerat, splendidissimi juvenis specie multisque aliis pulcherrimis juvenibus curiae coelestis civibus stipatus apparens, eam in fide Christi passionemque sufferenda animavit, ac confirmavit.

Ea ipsa nocte praefectus impiorum et ipse magis impius, ardentissima febre corripitur; at quantocius perfecta virginis oratione pristinae sanitati restitutus, eam liberam in virum alium mutatus, dimittit; quae Zurzachium¹⁰⁴ veniens, ibidem plena meritis, multisque virtutibus insignis a sanctissima Dei matre ad coelestem patriam invitata circa annum humanae salutis trecente simum miraculis coruscans obdormivit in Domino, ac ibidem sepulta hodie adhuc in summa veneratione habetur.

In Spelaeo autem illo in quo Solodori diu sponso suo deservivit, sacella duo ad ejus honorem a Solodorensibus, unum quidem jam pridem, alterum vero hoc nostro tempore, pulchrius ac elegantius constructa sunt, crescitque (64) populi devotio de die in diem magis, erga sanctam hanc virginem, quam frequenter in dictis sacellis invisere, et sanctissimo missae sacrificio ac concionibus saepe per anni curriculum plerumque a F. F. Capucinis habitis, honorare consuevit; ubi etiam utriusque sexus coelibes vestigiorum sanctorum praedictae s. virginis in solitudine aemuli, hodierna die, morantur.¹⁰⁵

Huic a sanctis ornatissimae ac honoratissimae civitati, placuit Altissimo suos adjungere famulos Fratres capucinos; cum enim P. F. Alexius Merodolanensis et P. F. Ludovicus Saxo concionator celeberrimus ad Reverendissimum Basiliensem episcopum¹⁰⁶ ac S. R. I. Principem ablegati, Solodorum oppidum pertransirent,¹⁰⁷ dictusque P. F. Ludovicus cum tanto zelo et aedificatione sermonem ad populum in ecclesia Franciscanorum conventualium habuit,¹⁰⁸ circa solemnitatem Pentecostes, ut sicut supra

¹⁰⁴ Zurzach, Kt. Aargau. Über dem Grab der hl. Verena erhebt sich die einstige Stiftskirche. HBL 7, p. 770f.; Reinle a. a. O.; ders. Zurzach (1944).

¹⁰⁵ Es handelt sich um die romantische Einsiedelei St. Verena in der Verenaschlucht bei Solothurn, erstmals erwähnt 1458. Guldemann a. a. O. 235f.; Reinle, a. a. O. 122f.

¹⁰⁶ Es handelt sich offenbar um Bischof Christoph Blarer von Basel (1575–1608), den Restaurator der Diözese Basel. Vgl. oben Anm. 66.

¹⁰⁷ P. Ludwig von Sachsen und P. Alexius del Bene von Mailand kamen 1588 von Pruntrut her, wo sie auf Wunsch des Basler Bischofs einige Tage zugebracht und mit ihm eine entscheidende Besprechung wegen Klostergründungen hatten. Auf dem Rückweg nach Luzern wollten sie den gnädigen Herren in Solothurn ihre Aufwartung machen. Nuntius Paravicini hatte ihre Ankunft befreundeten Ratsherren brieflich angemeldet. Wind, a. a. O. p. 5; Fischer 230f., 238ff.

¹⁰⁸ P. Siegfried Wind bestreitet entschieden, daß P. Ludwig von Sachsen in Solothurn gepredigt habe. (Zur Geschichte des Kapuzinerklosters Solothurn p. 51f. und ZSKG 24, 142–51). Ihm widerspricht mit Recht P. Rainald Fischer und beruft sich auf eine Stelle von Mattia da Salò (II, 467). Doch diese klare Beweisstelle, worin P. Rudolf die solo-

dictum est, fratribus susceptis, hospitium cum sacello vicino traditum sit, in quo sacro-sanctum Missae sacrificium offerre, poenitentiae sacramentum administrare, aliaque statui suo congrua atque adhaerentia perficerent.

Primus loci hujus Superior fuit P. F. Georgius Venetus,¹⁰⁹ qui tantos ac tales cum sibi adjunctis in vinea hac progressus fideliter laborando fecit, ut satius sit retinere ac comprimere verba, cum facta loquuntur; nemo enim est, qui temporis morumque hominum hujus urbis ante Fratrum adventum habeat notitiam, qui fateri non cogatur totam plebem malos, superstitiosos, intemperantesque mores in meliores longe ac sanctiores commutasse. Videres jam Solodori vitia exulare, virtutes regnare, et devotionem, ut et misericordiae opera nova in dies sumere incrementa. Tam frequenter ad (65) poenitentiae sacramentum accedunt, totiesque communicant plerique, ut Solodorum semi-paradisum pietatis diceres.

Confluunt Christi fideles undique, quinque et sex horis distantes ad ecclesiam capucinatorum divina mysteria sumpturi, et eo jam frequentius a quo, ut supra annotavimus, celeberrimus magistratus novam et ampliorem ecclesiam propriis impensis construi curavit, eandemque cum D. Ecclesiae collegiatae S. Ursi Praeposito ac venerabilibus canonicis, duobus integris craniis¹¹⁰ de sacra sancti Ursi societate decoravit; quae, auctore et motore R. P. F. Ludovico lucernensi¹¹¹ tunc ibidem Guardiano ac Definitor, ex parochiali ecclesia, solemnissimo ritu, et generali totius urbis processione, ludentibus, reboantibusque bombardis,¹¹² eo sunt translata; quam et facile ampliorem, totoque monasterio destructo novum, majus, commodiusque erexissent, si Fratres suae paupertatis immemores esse voluissent.

thurnische Predigtthätigkeit des P. Ludwig von Sachsen bezeugt, führt Fischer nicht an. S. 239, Anm. 1.

¹⁰⁹ Hier schaltet P. Rudolf die Ankunft von P. Georg in Solothurn an der richtigen Stelle ein, nämlich erst nach der Predigtthätigkeit des P. Ludwig von Sachsen, also im Jahr 1588 und nicht im Jahr 1587. Vgl. oben Anm. 87.

¹¹⁰ Diese zwei kostbar gefaßten Reliquienhäupter aus der Märtyrerschar der hll. Ursus und Viktor fanden aber das ganze Mißfallen des Kapuzinergenerals P. Innozenz von Caltagirone (1589–1655), der 1646 die schweizerische Kapuzinerprovinz visitierte und auf den 19. Okt. 1646 das Provinzkapitel nach Solothurn einberief. Er fand die in Gold gearbeiteten Reliquiarien als der franziskanischen Armut nicht entsprechend und befahl, sie an die Geber (Fam. Greder) zurückzustellen. Diese schenkten dann die „Heilumtafeln“ dem Kapuzinerinnenkloster SS. Nominis Jesu in Solothurn. Über P. Ludwig von Wyl verhängte P. General harte Strafen, weil er damals als Guardian von Solothurn Wind, 147.

(1630) die kostbaren Reliquiarien angenommen hatte. Coll. Helv. Fr. 2, 228–38; 315–24;

¹¹¹ P. Ludwig von Wyl aus Luzern (1594–1663), Provinzial 1654–57, war mit Solothurn stark verwachsen. Er brachte im ganzen 20 Jahre in Solothurn zu und versah das Amt eines Obern und Lektors daselbst. Er stand dem Kloster vor, als die neue Kirche erbaut wurde (1629–30) und nahm am Bau sehr aktiven Anteil. PAL t. 150, 10 E, Sch 3668.

¹¹² reboantibus bombardis — während Kanonen donnerten; reboare — widerhallen, zurückschallen; bombardis von bombarda (mtl. Latein) — Schleudermaschine, Geschütz, Kanone; aus dem Griechischen bombos — dumpfes Gebrüll.

Necessarium autem fuit ampliare paululum, siquidem ubi in primis annis octo vel decem fratres hic degere et ali poterant, jam viginti et ultra benevolo affectu a sola urbe facile sustentantur.

In muliebrem quoque sexum seraphicus religionis capucinatorum spiritus mirum in modum operatus est, nam labore et charitativa capucinatorum vigilantia, Solodorum introductae et confirmatae sunt, nonnullis licet fortius resistentibus, sorores Terti Ordinis S. P. S. Francisci, ubi jam in laudabili reformatione, clausura restrictae, triginta et quadraginta novum ac insigne monasterium muris altis septum incolunt; chorum et (66) devotam psalmodiam cum tanta populi aedificatione frequentant, ut nobilissimae familiae plurimum delectentur eo filias suas consecrare.¹¹³

Sensit etiam spiritus hujus seraphici mellifluos rivulos saepius magistratus, ut et procures urbis, qui tanto ad fratres feruntur amore tantaque confidentia, ut in iis quae majoris sunt ponderis, spirituale ac salutare ipsorum consilium inquirere minime erubescant. In concionibus et suggestu, quem ordinarie festis dominicisque diebus 40 circiter annos in ecclesia Patrum Franciscanorum Conventualium¹¹⁴ administrabant, nonnihil in populo, qui sedulo easdem frequentabat, fructificabant; nunc autem in ipsa parochiali sancti Ursi ecclesia, festis diebus quadragesimalique tempore, cathedra ipsis cum maiori fructu conceditur;¹¹⁵ ubi archifraternitatem Deiparae Virginis instituerunt,¹¹⁶ promotore praesertim P. F. Philippo Appenzellensi,¹¹⁷ cui tota urbs non tantum adscripta, sed et fervidi fere omnes in ea, pietatis et religionis devota complement officia. Silebo cleri et laudabiles mores, et nova ejusdem virtutum incrementa, ex laudabili Fratrum consuetudine magis magisque pullulantia.

Quid dicam de prodigiis quae a fratribus hic facta sunt, fiuntque in dies magis, per pulverem ex ligno sanctissimi P. Francisci, quem cum devotione laborantes a fratribus accipiunt, sumuntque a febribus aliisque morbis sanati, in partu foeminae periculosissime constitutae mirabiliter libe-

¹¹³ Das Lob gilt dem Kapuzinerinnenkloster SS. Nominis Jesu in Solothurn, gegründet 1609 auf Grund der sog. Pfanneregger Reform. Bürgler 176–78.

¹¹⁴ Das Kloster der Franziskaner Konventualen in Solothurn, gegründet 1280, wurde durch solothurnische Staatsgewalt 1857 unterdrückt. HBL 6,629a.

¹¹⁵ Am 9. Februar 1626 wurden die Predigten von der Franziskanerkirche in die Pfarrkirche St. Urs verlegt, aber unter bestimmten Bedingungen. PAL Sch 1768.8 (Nr. 5); Coll. Helv. Fr. 1 A, 215.

¹¹⁶ Die Familienchronik von Hans Jakob von Staal schreibt: „Anno 1624, den 30. Novembris ist die Erzbruderschaft SSI. Rosarii allhie zum ersten mal durch Patrem Philippum Dannern (Tanner), den Capuziner von Appenzell bürtig, introduciert und eingeführt worden.“ Coll. Helv. Fr. 1 A, 215.

¹¹⁷ P. Philipp Tanner von Appenzell (1578–1656) führte an verschiedenen Orten die Rosenkranzbruderschaft ein z. B. in Freiburg, in Überstorf, Plaffeyen. Siehe oben S. 31, Anm. 7.

ratae sunt.¹¹⁸ Ex pluribus unum adicere licet: non ita pridem concionator capucinus in hoc (67) loco, ad benefactricem aliquam, religionisque cum omnibus suis devotam, in partu ad agonem usque laborantem, vocatur, ut moriturae potius confessionem, quam supervicturae exciperet; adest, periculumque mortale esse percipit, confessionem prope agonizantis excipit, et socii sui cingulum pariturae circumligandum obstetrici porrigit; quo vix moribundam tetigit (ligari enim ob nimiam infirmitatem non poterat) quod praeter omnem omnium opinionem, jam pridem emortuum foetum subito enixa est.¹¹⁹

Responsorii sancti Antonii Paduani effectus in omnibus monasteriis provinciae helveticae capucinatorum quamplurimi, frequentissimi et efficacissimi quidem sunt, sed in hoc miri et fere innumeri; enimvero ablata furto, dispersa, longeque abstracta, magna parvaque dominis suis, occulta virtute trementibus interdum toto corpore furibus, restituuntur; ut ipsi fures fratribus quandoque fateri coguntur. Solent insuper fratres coetera charitatis officia erga omnes indigentes sedulo exercere, pestiferos, infirmos, incarceratos, capite plectendos, aut aliis suppliciis afficiendos invisere, consolari; eorum confessiones audire, non absque magno fructu et desolatorum consolatione.¹²⁰

Mirum praeterea est quod 1604 hic contigit; haereticus enim quidam civis et pictor Neoburgensis ad lacum, qui è civitate domum rediturus, adhuc extra portam mero indulgens cum sodalibus, plene, aut semipotus, supervenientes casu, et ad (68) monasterium properantes fratres, ad bibendum petulanter ac contemptuose provocabat; qui gratiis humiliter actis, viam suam inseguebantur; indignabundus ille, et in furorem quasi versus, sclopetum, in vindictam, versus monasterium explodens, illud sic diffregit, ut manum absque ulla recuperandae sanitatis spe gravissime laederet. Resipuit tandem damno proprio insolens haereticus, et iniquitatem, suam, atque justam Dei vindictam, de vindice servorum suorum iniquo factam,

¹¹⁸ Solche Mira durch unscheinbare Reliquien des hl. Franziskus wissen die Provinzannalen eine große Anzahl zu berichten. PAL t. 118, 1169f.; Coll. Helv. Fr. 1 B 121, 127, 141, 145, 156.

¹¹⁹ PAL t. 118, 472. Die gleichen Annalen berichten zwei verschiedene, ähnliche Heilungen durch Auflegung des Gürtels. S. 472, 707; 1 B 148, 158.

¹²⁰ Das sog. wundertätige Responsorium des hl. Antonius „Si quaeris...“.

Die Verehrung des hl. Antonius blühte in der ganzen Provinz von Anfang an. Die Andacht zu ihm wurde von den ersten Kapuzinern eifrig verbreitet. Rufin Steimer, Geschichte des Kapuzinerklosters Rapperswil (Uster 1927), 144f. Die ältesten Jahrbücher der Provinz berichten von vielen Erhörungen und Heilungen, die der Fürbitte des hl. Antonius zugeschrieben werden.

PAL t. 63, 21, 23, 25, 38, 45, 61, 63, 68, 88, 105; 123; 133;
t. 118, 17, 50, 54, 86, 124, 138, 471, 554, 578, 597; 705; 810; 854;
t. 5, 23, 37, 92ff., 199, 200, 209;

Helv. Fr. 1 B 37, 103, 115, 120, 127, 142, 148, 163,

impio ore est fassus. Benedictus ergo etiam sit gloriosissimus Deus, in loco isto Solodorensi, qui ulterius famulis suis capucinis gratiarum suarum charismata ad suam multorumque salutem promovendam concedere misericorditer dignetur.¹²¹

Hic tumulatus requiescit P. F. Vincentius Marisburgensis¹²² concionator. Vir erat charitate erga omnes insignis, et castitatis amantissimus; nam cum quondam in quodam loco piis quibusdam negotiis vacaret, impurus ille satan qui virtutibus viri hujus invadebat, ut universas simul prosterneret, fortissimo illius castitatem ariete aggreditur. Mulier enim genere quidem nobilis, sed ignobilis mente ac impudica corpore, pudicum Patrem nihil mali suspicantem ad libidinem pellicit. Obstupuit primo aspectu Vincen-
tius; cumque impudicam pellicem durissimis verbis increpasset, impuden-
tia ejus propulsata, honestatisque trophaeo de sordido daemone revector, victor a muliere discessit. Cursum in Religione annis 14 absolvit, non tamen sine maxima daemonum infestatione, qui ipsi in agone quampluries horribiliter apparentes, et iter ad coelum occludere contententes, glorio-
sorem coronam haud dubie ipsi pararunt.¹²³ (69)

Friburgum Brisgoiae¹²⁴

Anno 1591¹²⁵ locus Friburgi Brisgoiae receptus fuit a PP. Capucinis, sed nondum servatus. Fratres enim qui se illuc contulerant, advertentes in-
ter civitatem et universitatem, ratione hujus loci, controversiam subortam, statim inde discesserunt, pacis se, non discordiae nuncios esse, humiliter allegantes; promittentes nihilominus se statim, pace composita, et assensu omnium dato, reversuros. Non tamen tam cito, nisi post aliquot annos revocati sunt, quod ingratum ipsis non fuit, ob onus impositum excipien-
di confessiones sanctimonialium ordinis cisterciensis,^{125*} et earum curam

¹²¹ PAL 117,195.

¹²² P. Vinzenz Freudenmeyer von Meersburg am Bodensee (ca. 1567—1618). PAL t. 150, 5 V; t. 118,82—86.

¹²³ PAL t. 118,85f.

¹²⁴ Am Rand (rechts) hat P. Rudolf vermerkt: „Locus hic sequitur Rheinfeldam et Frauenfeldam“. Damit will er den Irrtum verbessern, weil er das Kloster Freiburg Br. vor den Klöstern Rheinfelden und Frauenfeld, die vor Freiburg Br. gegründet wurden, besprochen hat. Aus dieser Korrektur ersieht man, daß der Autor in der Aufzählung der Neugründungen die chronologische Reihenfolge streng beobachten will.

¹²⁵ In dieser Zeit oblag Markus Roy (Rey, Ray) von Sigmaringen, der spätere hl. **Fidelis**, an der Universität Freiburg den Studien. Damals mag er wohl zum erstenmal Mitgliedern jenes Ordens begegnet sein, dessen Ruhm und Zierde er später werden sollte. P. Ferdinand della Scala, Der hl. Fidelis von Sigmaringen (Mainz 1896) 15.

^{125*} Am 2. Juni 1592 wurde durch päpstlichen Befehl den Schweizer Kapuzinern die Seel-

habendi. Tandem vero cum communi omnium applausu recepti sunt,¹²⁶ non sine singulari divina providentia propter innumeros fructus, quos ibi produxerunt et adhuc producant.

Liceat ex pluribus referre quae anno Domini 1633 a capucinis gesta sunt durante ibidem suetica obsidione.¹²⁷ Impavidi in monasterio extra urbem sito remanserunt, divinam opem pro incolis implorantes. Quidam civitatis plateas obeuntes, titubantia corda suis exhortationibus consolidare omni sollicitudine conati sunt, nec globorum impetum ab hoste immissorum pertimescentes, poenitentium confessiones exceperunt. Occupata vero civitate et in Suecorum potestatem redacta, mirum dictu quanta benevolentia et munificentia tam gregarii milites¹²⁸ sueci, quam praecipui collonelli capucinos prosequuti sint. Penuria enim rerum omnium, ob militum maximam copiam, quantum nimium grassante, etiam haeretici milites suis eleemosinis capucinos liberalissime sustentarunt; adeo ut ipsis nihil defuerit, quod eorum statui ac professioni conforme fuit; erat autem numerus fratrum in summa inopia viginti trium. (70)

Eodem anno et tempore, horrenda lues, quae velut bellorum foetus ut plurimum sequi assolet, ipsam civitatem invasit. Moxque tam dire in cives desevire coepit, ut pestifero ac laethali illo morbo infra unius anni spatium ad sex millia hominum consumpta sint; quos inter plurimi ex clero fuere. Capucini suis charitativis officiis non defuerunt, sed compasivis animis egregiam operam praestiterunt, visitando, consolando, sacramentum poenitentiae administrando infirmis et moribundis. Inter praecipuos qui hoc summum charitatis opus pestiferis exhibuerunt, fuerunt P. Constantinus ex Schinen,¹²⁹ tunc temporis Guardianus ibidem, qui licet nobili prosapia ortus fuerit, sedulo tamen totius anni curriculo omnibus pro posse peste infectis deservire studuit, mira patientia et humili-

sorge des Zisterzienserinnenklosters in Rathausen bei Luzern übertragen. PAL Scn 5899.2 (5 Y. 3).

¹²⁶ Auf dem Provinzkapitel 1599 (24.—28. Sept.) wurde P. Johannes Baptist von Polen (1552—1632) als erster Oberer für Freiburg Br. bestimmt. SF 1,155; Als eigentliches Gründungsjahr wird 1600 angenommen. SF 5,160f.; 6,160; P. Romuald von Stockach, *Historia Provinciae Anterioris Austriae OFM Cap.* (Kempten 1747) 106ff. — Das demütig kluge, unaufdringliche Vorgehen und die ruhig zuwartende Geduld waren also von Erfolg gekrönt. Diese Art und Weise bei Gründungen war in der Provinz stets begleitend und maßgebend. Wallis!

¹²⁷ Freiburg Br. war im Schwedischen Krieg ein Zankapfel, um den mit Aufgebot aller Macht blutig gekämpft wurde. — Ist es nicht ein auffälliger Segen der Armut, wenn die Soldaten und Offiziere — milites haeretici — die Kapuziner nicht nur verschonten, sondern auch freigebig unterstützten: „liberalissime sustentarunt“.

¹²⁸ gregarii milites — Söldner, gemeine Soldaten, im Gegensatz zu den Offizieren (collonelli).

¹²⁹ P. Constantin von Schinen, Baden (ca. 1573—1633), aus dem adeligen Geschlecht derer von Schein (Schinen, Schina). Guardian in Freiburg Br. 2. Sept. bis 16. Okt. 1633. PAL t. 149, 443; t. 150, 17 G.

tate, sine ulla personarum acceptione. Contigit autem et ipsum eodem laethali morbo graviter infirmari; sicque aliorum mortem in se derivavit; nam die quinta a quo aegrotare coepit, omnibus Ecclesiae sacramentis roboratus ac munitus, animam creatori suo reddidit, absque dubio laurea gloriae coronandam.

Ipso defuncto, P. Edmundus Thannensis¹³⁰ pari fervore ac diligentia pestiferos solatus est; sicut et coeteri confessarii, tam intra quam extra capucinatorum ecclesiam poenitentiae sacramenta sollicitè administrando, qui tamen, divina ope et clementia ad majores labores conservati sunt. Anno sequenti, 1634, sexto aprilis, cum eadem civitas quae est in tractu Brisgoviae excellentissima, (71) ac velut metropolis, secunda vice a Sueco milite obsessa, et duodecimo ejusdem mensis in potestatem redacta, in suburbiiis, armata, violenta manu occupatis tam horrendè et tyrannice sevitum est, ut nec templis, nec monasteriis utriusque sexus parceretur;¹³¹ cunctique depræhensi crudelissime trucidarentur; sola divina pietas, capucinos, qui pro monasterii custodia quod in suburbio praedicatorum situm est, remanserant, a militum saevientium furia illaesos servavit; imo, quod mirandum magis, primi tres musquetarii¹³² qui circa horam sextam antepomeridianam, violenta manu, effracta porta, in monasterium, pessima intentione, irruperant, Bruxellenses catholici fuerunt, qui mox ut capucinos intuiti sunt, omni reverentia et humanitate, dimissis in terram sclopetis,¹³³ ipsos salutantes, aliud nihil quam haustum petierunt; spondentes omnem protectionem, quam etiam pro virili praestiterunt, donec fratribus de salva guardia¹³⁴ et tutela a commendante provisum fuit. Ex his et similibus facile liquet, quantam Deus suorum curam, imminetibus summis periculis, misericordissime gerat.

In hoc monasterio fama sanctitatis claruit P. F. Andreas de Vigevano.¹³⁵ Vir fuit religionis zelo, regularis observantiae ac singularis patientiae in gravissimis infirmitatibus studio insignis. Manuum laboricio et maxime lanificio diligenter incubuit, missae sacrificium cum notabili devotione integram passim horam impendens, persolvit; nomen Jesu cum miro affectu et Deiparae semper pronuncians, tandem ad coronam evolavit.¹³⁶ (72)

¹³⁰ P. Edmund Keuffer von Thann, Elsaß (ca. 1600—1656), in Freiburg 1635—43. PAL t. 150, 17 I.

¹³¹ In der gleichen Vorstadt, wo das Kapuzinerkloster stand, wurden u. a. ein Klarissenkloster und zwei Dominikanerinnenklöster zerstört. SF 5,160.

¹³² musquetarius (mlt.) — Musketier, Soldat mit Muskete (alte Handfeuerwaffe mit Luntenschloß) bewaffnet, Infanterist; ob vom mtl. musceta — Sperber?

¹³³ sclopetum (mlt.) — Gewehr.

¹³⁴ Salvaguardia (it.) — Schutzwache.

¹³⁵ P. Andreas Biberia von Vigevano, Italien (E 1585; † 1625), aus markgräfllichem Geschlecht. In Freiburg Br. 1612—25. PAL t. 150, 2 C; t. 63, 52; Künzle a. a. O. 348f.

¹³⁶ Hier folgt eine Fußnote, von P. Rudolfs Hand: „NB. Vide post vitam P. Joannis Chry-

Fructus a capucinis Friburgi omni tempore producti, tam multi sunt tamque copiosi, ut nullis coloribus satis depingi possint. Vix enim unica dies abit quin confessarii, quatuor vel quinque horis continuis, confessionibus excipiendis occupentur. Assidui sunt concionatores intra et extra urbem, in divini verbi pabulo cum notabili fructu communicando. Alii officia sua aegrotis, alii vero consolatoria afflictis ac tribulatis continue impendunt; hinc familia friburgensis optime nuncupari potest domus spiritalis laboris et foecundae messis.¹³⁷ (73)

Rhinfelda

Anno 1594, Adm. Rdu. nobilissimus ac strenuus D. Hartmannus ab Halweil, Commendarius¹³⁸ in Beucken¹³⁹ eques teutonici ordinis, et D. Ursula Abbatisa in Ollsperg,¹⁴⁰ Reverendus D. Joannes Rüdelbaum¹⁴¹ Decanus, ac Beatus Hüglin Archigrammataeus¹⁴² Rhinfeldae, cum suis devotis adhaerentibus, pro monasterio Rhinfeldae construendo plurimum rogant.¹⁴³ Accedente etiam instantia Dominorum urbis, de licentia Adm. R. P. Generalis, fratrumque Provinciae, receptus fuit locus;¹⁴⁴ et sumptus

sostomi plura alia.“ Von einer Hand ist noch beigelegt: „De quo fusius parte 2. Annal. ad Annum Christi 1626“. Parte 2. Annal.: PAL t. 118, 564ff.

¹³⁷ In diesem Abschnitt entfaltet sich ein herrliches Bild seelsorglicher Wirksamkeit. Die eifrige Tätigkeit im Beichtstuhl beweist die Großzügigkeit und das Vertrauen, womit die kirchlichen Obern den Kapuzinern mit Vollmachten und Dispensen entgegenkamen. Vgl. oben S. 168, Anm. 21, 22; S. 172, Anm. 30.

¹³⁸ Hans Hartmann von Hallwil, aus einem altadeligen Geschlechte, und zwar aus der ostschweizerischen Linie, deren Stammschloß Egi, Baden, war. (HBL 4, 61f.). Sein Bruder Hans Georg war Bischof von Konstanz (1601–04). Hartmann zuerst Deutschordenskomtur zu Straßburg, darauf zu Beuggen (1583–1604). HBL 4, 64f.; Leu 9, 457f.

¹³⁹ Beuggen (Beucken), ein badischer Weiler mit ehem. Deutschordenskommande.

¹⁴⁰ Ollsperg, Ortschaft im Kt. Aargau, mit dem ehem. Zisterzienserinnenkloster, dessen Gründung ins 11. Jahrhundert fällt; unter Kaiser Josef II. (1764–90) in ein sog. freiweltliches, adeliges Damenstift umgewandelt, 1805 vom Kt. Aargau aufgehoben. HBL 5, 344b. — Ursula Schmozer aus Rigol, die im Texte erwähnte Äbtissin (1588–1645), gilt als die zweite Stifterin und Wiederherstellerin des Gotteshauses. Müllinen 2, 126.

¹⁴¹ Johann Rüdelbaum, * 1552 in Freiburg Br., Magister der freien Künste, in seinem 21. Altersjahr Pfarrer und Dekan in Rheinfelden. Durch seine wissenschaftliche Bildung und seinen kirchlichen Eifer war er beim Bischof von Basel — Blarer von Wartensee — besonders beliebt. Auf sein besonderes Bemühen wurde das Kapuzinerkloster errichtet; ebenso ließ er auf dem Burgstell auf seine Kosten die St. Anna-Kapelle erbauen. Nachdem er 13 Jahre lang auf rühmlichste Weise die Seelsorge als Pfarrer versehen, wurde er 1596 als Propst ernannt und starb den 15. Dez. 1622. Schröter Karl, Die Pröpste des Kollegiatstiftes St. Martin in Rheinfelden; o. J., S. 9f.; Müllinen I. 54; Burkart Sebastian, Geschichte der Stadt Rheinfelden 742, 743.

¹⁴² Archigrammataeus — erster Stadtschreiber, Oberstadtschreiber. Der Vorname dieses Stadtschreibers schwankt in den Quellen zwischen Beatus und Bartholomäus.

¹⁴³ Die obengenannten vier Befürworter sandten am 10. Juli 1594 ein gemeinsames Bittschreiben an P. Ludw. von Sachsen, Guardian in Baden. PAL t. 191¹, 12f. (Sch 5134; ediert in HF 1 A, 232f.).

¹⁴⁴ HF 1 A, 239ff.

bus potissimum praedicti D. Hartmanni ab Halweil constructum monasterium, et ab haereticis in bello suetico anno 1634 conbustum.¹⁴⁵ Magnos Rhinfeldae progressus fecere capucini; suis enim concionibus ad haeresim pronos non parum in fide orthodoxa consolidarunt; haec enim urbs non longe a Basilea haeretica distat.

Hoc notatu dignum Rhinfeldae contigit: duo nimirum ex deputatis eo ab Austriaco Archiducali¹⁴⁶ regimine, qui fabricam capucinatorum impedire odiosis argumentis conabantur, a Deo sensibiliter puniti sunt; alter morte repentina; alter vero tali pavore et terrore, ut veritus ne idem sibi contingeret, subito sententiam mutaverit, et promotor capucinatorum monasterii fuerit. Nec sine causa infernales larvae hoc sacrum opus impedire voluerunt, multarum animarum è faucibus earum eripiendarum numerum pertimescentes; nam unicus confessarius paschali tempore ad duo millia poenitentium solus absolvit. (74)

Rhinfeldenses prodigium hoc referunt, ut et alii fide digni, anabaptistam nimirum in errore suo penitus obduratum, ideoque morte mulctandum, dixisse post mortem suam Deum justum judicem et innocentem vindicem, signis evidentibus innocentiam suam, ac fidei veritatem demonstraturum; qui capite plexus se sursum erigens, abscissum caput propriis manibus de terra levavit tenuitque obstupescens et attonitis circumstantibus universis; at paulo post cacodaemonis¹⁴⁷ laquei, altioris veritatis corruscantibus radiis prodire; nam cum P. F. Cyprianus Lotharingus¹⁴⁸ capucinus, qui prodigii testis oculatus praesens aderat, omnes animasset, et ad devote quinquies Pater et Ave recitanda pro fallacia et fraude antiqui serpentis detegenda, adhortatus fuisset, ecce orantibus illis impium cada-ver cum nefando capite in terram corruunt ex quo horrendus Bufo¹⁴⁹ plurimis cernentibus erupit,¹⁵⁰ ac detecta daemonis perfidia, disparuit.¹⁵¹

¹⁴⁵In den Jahren 1633 und 1634 theilte Rheinfelden als befestigte Stadt das Los einer oftmals belagerten und vom Feind besetzten Stadt. Am 14. Sept. 1634 wurde das Kloster von den Schweden bei ihrem Abzug in einen rauchenden Trümmerhaufen verwandelt. P. Siegfried Wind, Die Kapuziner in Rheinfelden S. 41; in: Fünf Aufsätze zur Kirchengeschichte von Rheinfelden (o. J. Laufenburg); Burkart a. a. O. 404.

¹⁴⁶Erzherzog Ferdinand II. (1529—95), Herrscher von Tirol und der Vorlanden (1564—95), der die Erlaubnis zum Klosterbau schon erteilt hatte, starb am 24. Jan. 1595. Der große Herder 4, 796. Unter seinem Nachfolger Matthias (1557—1619), einem schwachen, wankelmütigen Herrscher, arbeitete eine mächtige, sehr rührige Gegnerschaft gegen den Klosterbau, bis der Kaiser Rudolf II. selbst im Oktober 1596 die Erlaubnis zum Bau des Klosters erteilte. PAL t. 191², 26.

¹⁴⁷cacodaemon, siehe oben Anm. 68.

¹⁴⁸P. Cyprian von Lothringen, (E vor 1588), in der Provinz ca. 1594—99, Guardian in Rheinfelden 1597—99. PAL t. 115, 103, 116, 140, 146, 152; SF 10, 40. 1599 kam er als Prediger nach Innsbruck; HF 6, 245.

¹⁴⁹bufo — Kröte.

¹⁵⁰Vgl. PAL t. 117, p. 143.

¹⁵¹Über die Gründung des Kapuzinerklosters Rheinfelden s. HF t. 1 A, p. 3—15.

Frauunfelda¹⁵²

Anno 1595 Frauunfeldae monasterium omnino perfectum fuit quod acceptatum est,¹⁵³ ad instantiam cantonum catholicorum, non tamen sine maxima haereticorum resistentia,¹⁵⁴ quorum maior pars, et urbem et circumjacentia Turgoiae loca incolit; ita ut armata quasi manu, fabricae invigilandum fuerit. Hic locus asylum est piorum catholicorum in tota Turgoia, et scaturigo ex qua doctrina orthodoxa fluit, non tantum in corda catholicorum ad ea magis ac magis corroboranda; verum etiam ad haereticorum mentes dimanat, ad eorum conversionem.¹⁵⁵ Tot beneficiis fratres affecit ibidem praenobilis D. Udalricus Locherus,¹⁵⁶ ut merito monasterii fundator et singularis promotor dici possit.

Prodigium hoc Frauunfeldae singulari memoria dignum accidit anno 1605; dum R. P. F. Michael Angelus¹⁵⁷ Badensis verbum Dei ibidem disseminaret, laudesque Deiparae, erga quam maxima devotione ferebatur, affectuose extolleret, concioni intererat persona quaedam a daemone incesa, cujus impulsu cum amplius illius enchomia¹⁵⁸ percipere non posset, quae antiqui serpentis caput contrivit, templum egreditur, et ecce bufo quidam aspectu horribilis ex ejus ore erumpit, is autem malignus spiritus erat, dicens: capucinus ille crudelis me expellit, ac mansione quam incolui immaniter privat. Hinc et divini Verbi virtus et boni patris fervor ac integritas facile dignoscitur. (75)

¹⁵² Links von der Überschrift hat der Autor die Bemerkung angebracht: „Locus iste praecedit Friburgum Brisgoviae. Vgl. oben Anm. 124.

¹⁵³ Auch die ältesten Provinzannalen von P. Hieronymus lassen den Klosterbau im Jahre 1595 beginnen und vollendet werden. PAL 1429.2. Nach einem alten Bericht (PAL 1429,2, Nr. 4) konnte jedoch das Kloster erst 1596 vollendet werden, was wahrscheinlicher ist, da der Bau beständig durch Feindseligkeiten gestört wurde. Hogg a. a. O. 9.

¹⁵⁴ Am 30. Sept. 1594 gaben alle VIII regierenden Orte ihre Zustimmung zum Klosterbau. Eidgen. Abschiede I. S. 1378, Nr. 270, 279, c. Art. 495; 497. Dann aber erhob sich der Protestant. Konfessionsteil, von Zürich unterstützt, gegen eine Klostergründung. Endlich am 17. Mai 1595 gab auch Zürich seine Zustimmung. Kuhn K., Thurgovia Sacra II. 142, Nachtrag.

¹⁵⁵ Z. B. von 1669–1700 sind 147 Konversionen aufgezeichnet. PAL t. 144, 120–123.

¹⁵⁶ Hans Ulrich Locher-Stucki, Landschreiber der Vogtei in Frauenfeld, 1621–29 Schultheiß; wegen seiner Klostergründung erhielt er 1595 einen päpstlichen Adelsbrief. HBL 4, 698a; Hogg, a. a. O. 7, 87–89 (HF 3. Bd.).

¹⁵⁷ P. Michael Angelus Meyer von Baden, * ca. 1571, † 1593, in Frauenfeld Guardian 1605–1607, starb in Schwyz im Dienste der Pestkranken, als Heiliger verehrt. PAL t. 116, 28ff.; t. 117, 278–89; t. 150, 3 W; SF 2, 23–25; Sch 3793.1.

¹⁵⁸ enchomia, von enchomium — Lob, Lobpreisung, Lobgedicht, Lobrede.

Tugium

Anno eodem, nimirum 1595, Dominus Ammannus¹⁵⁹ et senatus Tugiensis, litteris ad R. P. Provincialem exaratis, summopere rogarunt,¹⁶⁰ ut totius communitatis suae decreto, de construendo capucinatorum monasterio, consentire dignaretur.¹⁶¹ De licentia ergo Adm. R. P. Generalis¹⁶² monasterium ibidem constructum fuit sumptibus communitatis, e ex elemosinis; ubi statim tanta pietas et devotio vigere coepit, ut jam numerus poenitentium singulis annis, ad millia quindecim se extendat.

Locus tugiensis spiritu prophetico praedictus fuit; nam cum passim puella quaedam innocentissima flexis in terra poplitibus sub dio devotissime orans interrogaretur, cur ibi potius quam in ecclesia preces funderet, respondit: locus iste Deo Opt. Max., aliquando consecrabitur et in eo Dei gloria animarumque salus mirum in modum promovebitur; dictum, factum; nam in eodem loco monasterium capucinatorum constructum est.¹⁶³
(78)

Ensishemium

Anno 1603 accessit Adm. R. P. Generalem,¹⁶⁴ qui tunc temporis Badenae erat provinciam visitaturus, generosus dominus Rodolphus a Polwyler,¹⁶⁵

¹⁵⁹ Der damalige Ammann von Zug war Beat Uttinger (Utinger, Utiger) von Baar; Ammann 1594–96; 1603–05. HBL 7, p. 179b.

¹⁶⁰ Das Schreiben von Ammann, Rat und Bürgerschaft an P. Provinzial – P. Alexius von Mailand – gerichtet, ist datiert vom 17. Juni 1595. Original im PAL Sch 1854.2 (6 D 2); Fischer Rainald P., Die Gründung des Kapuzinerklosters Zug, in: ZSKG 54 (1960) 257–81.

¹⁶¹ In allen Klöstern der Provinz fand eine Abstimmung statt über die Annahme einer Niederlassung in Zug (17. Juli 1595). PAL Sch 1854.2 (6 D 3); ed. in HF 1 B, p. 334f. Auf dem Provinzkapitel zu Baden 13.–15. Okt. 1595 wurde die Niederlassung in Zug endgültig angenommen. HF 1, p. 96.

¹⁶² Das Dokument, womit P. General des Ordens, P. Silvester von Monteleone, (1520–1611), die Erlaubnis zum Klosterbau erteilt, liegt nicht mehr vor, ist bezeugt durch t. 43, p. 21 (PAL); die Zuger Regierung bat in ihrem Schreiben an P. Provinzial ausdrücklich, daß er um die Erlaubnis „by Rmo Pr. Generali Schriftlichen anhalten“ möge. S. oben, Anm. 159.

¹⁶³ Die Seiten 76 und 77 wurden in der Paginierung übersprungen.

¹⁶⁴ Im Jahr 1602, nicht 1603, wie P. Rudolf schreibt, visitierte der hl. Laurentius von Brindisi als Generalminister die Provinz. HF 47, p. 74–103. Das Provinzkapitel, das unter dem hl. Laurentius in Baden tagte, dauerte vom 2. bis 5. August 1602. HF 2, 172.

¹⁶⁵ Polwyler – Bollweiler, ein oberelsässisches Dorf am Fuß der Vogesen. Reichsfreiherr Rudolf von Bollweiler war auch Baron von Weilerthal, Herr von Maßmünster, Kilckerbbergs und Blumberg. PAL t. 117, p. 185. Als er 1616 kinderlos starb, kam die Herrschaft Bollweiler in den Besitz der Fugger; 1649 von Ludwig XIV. den von Rosen verliehen, 1739 zur Markgrafschaft erhoben. Herders Konversationslexikon 1 (1902) 1727.

ultimus Baro suae perillustis familiae, caesareae majestatis Praefectus ci-
terioris Austriae, supplicans pro monasterii capucinatorum extru-
ctione Ensisheimii; quod ipsum per litteras ad capitulum paulo post habitum, in-
stanter petiit. Cui ab eodem multum R. P. Generali ad votum responsum
est, ita tamen ut fabrica, ob causas rationabiles per biennium differre-
tur.¹⁶⁶ Monasterii autem totius auctor et fundator fuit praeclarus iste baro;
vir sane omnium memoria ac veneratione dignus; fautor et amator se-
raphici capucinatorum ordinis, cum tota sua perillustri familia, cordialissi-
mus et munificentissimus, qui cum D. uxore¹⁶⁷ et filia in nostra ecclesia
ibidem requiescit, et in coelo haud dubie triumphans, ob insignes quibus
fulgebat virtutes, quiescit. (79)

Constantia

Anno 1603, cum Clemens VIII. pontifex max. intellexisset, quam ardentem
D. Praepositus constantiensis Jacobus Fuggerus,¹⁶⁸ capucinatorum mona-
sterium propriis sumptibus construere cuperet, sequentis tenoris Breve
apostolicum ad eundem D. Praepositum transmisit.

Clemens P. P. VIII

Dilecte fili salutem et apostolicam benedictionem. Jam pridem nota est
nobis virtus tua et zelus catholicae religionis, et studium ardens ad omnia
pietatis opera pro tua virili promovenda, quibus et Dei cultus augetur,
et Christi fidelium devotio incenditur, et denique multarum animarum sa-
luti optime consulitur. Quare, non cum mediocri voluptate accepimus,
te, quod complures jam annos procurare non destitisti, nimirum ut servi
Dei, Fratres Minores ordinis S. Francisci cappucini nuncupati, ab ista in-
signi civitate Constantiae reciperentur, jam tandem Dei benignitate esse
consecutum; et ex publico senatus istius consensu ac decreto tibi con-
cessum esse, ut tuis sumptibus domum et conventum extruas, ecclesiam
aedifices, sacram suppellectilem appares et denique Religiosos illos intro-
ducas, qui Deo Altissimo divinis officiis celebrandis, et omnibus eorum
regularibus institutis pie obeundis, assidue serviant. Illudque inprimis
nobis jucundum fuit, jam ante non multos dies, ut audimus, salutiferae

¹⁶⁶ Auf dem Provinzkapitel in Baden 1602 lagen zwei Bittgesuche um Annahme von Klö-
stern vor: in Sursee und Ensisheim. P. General entschied, daß zuerst Ensisheim ange-
nommen werden könne, da P. General Hieronymus von Sorbo 1598 bereits die Zustim-
mung für Ensisheim gegeben hatte. SF 1, p. 162; PAL t. 117, 172f.

¹⁶⁷ Die Gemahlin hieß Dorothea von Thurn (PAL t. 83, p. 66), der Provinzannalist nennt
sie Dorothea von Than. PAL t. 117, 186.

¹⁶⁸ Jakob Fugger, Baron, von Kirchberg, * 1567, Bischof von Konstanz 1604–26.

crucis vexillum, a venerabili Fratre nostro episcopo ejusdem civitatis, benedictum ac clero, senatu et populo comitantibus, ritu solemniter fixum, atque erectum esse, eo in loco ubi ecclesia et domus cappucinatorum est exaedificanda. Laudamus, fili, (80) pietatem tuam, et civitati isti gratulamur, quod fideles illos vineae Domini operarios sit brevi habitura, qui ubique bonus Christi odor sunt. Sed quia opera Dei diligenti sedulitate sunt urgenda, propterea in Domino hortamur, ut quod pie inchoasti, quamprimum Deo juvante, perficias, neque ullis difficultatibus deterrearis, aut retarderis, si quas forsitan sathanas objiciat, malorum omnium architectus, aut ii moliantur, qui errorum tenebris misere occaecati, opera lucis libenter impediunt. Tibi quidem, ut confidimus, idem episcopus, pro suo divini honoris zelo, bonique omnes adjumento erunt, et Deus ipse, cujus gloriam quaeris, tecum erit. Tu ergo, esto forti animo, et pro tuo loco et officio perge causam Dei adjuvare, ut is tibi divinae suae gratiae abundantiam in via, et praemia in patria sempiterna largiatur.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo piscatoris.

Die XVII¹⁶⁹ Marty MDCIII. Pontificatus nostri anno 12.¹⁷⁰

Silvius Antonianus Card.¹⁷¹

Dilecto filio Jacobo Fucchero, Praeposito ecclesiae Constantiensis.

Suis ergo sumptibus dictus D. Praepositus, semper capucinatorum amantissimus, monasterium construxit et post obitum in eadem ecclesia sepe sepe voluit in habitu ordinis.

Constantia, in fide orthodoxa admodum inconstans erat cum eam a primo limine fratres capucini salutarunt, et in muris ejus pedem fixerunt; quamplurimi enim cives vel omnino pestifera haereseos lue imbuti erant, vel adeo infecti ut aliud nihil quam interitus orthodoxae fidei pertimescendum esset. Ubi autem capucini securim verbi Dei ad radicem applicare coeperunt, arborem fatuam haereseos et infidelitatis non tantum everterunt, verum etiam magnam haereticorum copiam ad gremium sanctae romanae ecclesiae revocarunt; alios vero in quorum pectoribus scintilla quaedam amoris Dei fovebatur, mirum in modum maioribus incentivis accenderunt.

Non desunt ibidem quamplurimae aliae laborum spiritualium occasiones; magnus enim in diebus solemnioribus populorum numerus ad capucinos

¹⁶⁹ Nicht 17. März, sondern 15. März nach Bullarium OFM Cap. 1,65; Boverius, Annales 2, p. 975; PAL t. 117, 183.

¹⁷⁰ Der Text des päpstlichen Schreibens findet sich auch in den Provinzannalen: PAL t. 117, p. 152–53; ed. in Bullarium OFM Cap. 4,65.

¹⁷¹ Silvius Antonianus von Rom, * 31. Dez. 1540, Kardinal 1592 unter Klemens VIII. „Eo sua aetate Romae nemo doctior, Latinior, tersior, limatior habebatur“, † 15. Aug. 1603. Eggs Georg Joseph, Purpura docta 5 (München 1714), 217–22.

pro emundanda conscientia confluunt, non sine magna omnium consolatione, et salutis incremento; et eo amplius, quo se magis a circumdantibus undequaque Turgoiae acatholicis advertunt molestari, de quorum tamen aliquando conversione, capucinatorum hortatu, adminiculo, continuisque laboribus, magna spes affulget, siquidem se ipsorum consuetudine non parum moveri ac delectari interdum fassi sunt.¹⁷² (81)

Rappenswilla

Anno 1602 secundo septembris senatus, et cives Rappenswillenses publico decreto, consenserunt ut monasterium prope civitatem ipsorum pro capucinis construeretur;¹⁷³ instante et cohortante etiam Illustrissimo D. Joanne Turriano Nuncio Apostolico,¹⁷⁴ qui R. P. Provinciali¹⁷⁵ scripsit jam licentiam datam esse Romae locum in ea civitate accipiendi, adhortans ut properaret ad eligendum fundum, seu situm pro eodem monasterio fabricando; celeritate autem opus esse, ad tollenda obstacula, quae suboriri potuissent, etc.¹⁷⁶ Fundum pro fabrica acceptata dedit Domina Verena Zügerin. Civitas ligna, lateres, vecturam, et opem quotidianam. Reverendissimus autem ac Illustrissimus Abbas Einsidlensis,¹⁷⁷ sacri Imperii Princeps, magnis elemosinis subvenit quarum ubertas usque in hodiernum diem munificentissime perseverat.

In hoc monasterio fratribus quondam diabolus visibili specie illudere attemptavit. Adfuit ad januam die quadam qui serio pulsaret; advolat janitor, januam reserat et virum observat humana voce ingressum petentem;

¹⁷² Nach der Provinztrennung 1668 wurde Konstanz Hauptkloster der vorder-österreichischen Provinz und Sitz des Provinzials. Aufgehoben 1788. Siehe SF 6, p. 160; Romualdus, Provincia Anter. Aust. p. 91–101. — Dieser letzte Abschnitt und z. T. auch der obige stehen im Original irrtümlicherweise auf S. 83.

¹⁷³ Das Originaldokument im PAL Sch 1622.3 (vorher 6 M 2); SF 1, 165f.

¹⁷⁴ Nuntius Johannes della Torre, Bischof von Veglia, Nuntius in der Schweiz 1595–1606. Er residierte z. Z. in Rapperswil wegen Epidemie in der Innerschweiz; an den Klosterbau stiftete er 1000 Gulden. SF 11, B. 80.

¹⁷⁵ P. Provincial war P. Antonius von Cannobio, erwähnt auf dem oben erwähnten Provinzkapitel in Baden. 2.–5. Aug. 1602.

¹⁷⁶ Der Originalbrief des Nuntius, datiert Rapperswil, 4. Sept. 1602; im PAL Sch 1926.3 (früher 6 M 3); der Text wurde in die Provinzannalen aufgenommen: PAL t. 117, 170f.

¹⁷⁷ Damals Abt von Einsiedeln Augustin II, Hofmann, * 1556, Abt 1600, † 1629. Er gab an den Klosterbau 1000 Gulden und ist der Erbauer der Totenkapelle, die ihn 76 Gulden und 13 Batzen gekostet hat. P. Rufin Steimer, Die Geschichte des Kapuzinerklosters Rapperswil, S. 88f. — Von Anfang an herrschte ein geradezu freundschaftliches Verhältnis zwischen Stift Einsiedeln und Kloster Rapperswil; man beachte die einzelnen Wörter: „magnis elemosinis, ubertas, mnificentissime perserverat.“ Dies hat wohl P. Rudolf als Guardian von Rapperswil (1632–34) selbst erleben können. Vgl. PAL t. 117, 228.

se famulum esse Reverendissimi Episcopi Constantiensis, D. Jacobi Fucheri, allegans, venturum brevi ipsum Episcopum, Deiparam Virginem in Einsidlen miraculosam visitandi causa. Patet ab initio mendaci janua, claustrum et ipsum refectorium; quia se maximopere infirmari voce, incessu, et faciei pallore testabatur, eo quod ab equo, tanquam stabularius, graviter se circa ventriculum percussus diceret. Parant fratres infirmo compatiens et in famulo Dominum venerantes, cibos, apponunt et vinum pro modulo; et ipsum affectu charitativo ad edendum bibendumque (82) invitant; invitationi respondet bibendo, comedendo; et ait: afferte mihi etiam ex illis cibis quos in tali loco asservatos habetis; mirari fratres unde huic illa occultorum ciborum cognitio; afferunt; nec ille his contentus; alia quaedam etiam petit, aequae secreta, dicens: scio quod talia quoque habeatis; stupere omnes quisnam peregrino huic talia reserasset. Finito prandio, plurimis cogitationibus agitati fratres, vulnus sibi ab equo inflictum videre desiderant; quibus ille: paratus quidem sum offensas mei corporis partes ostendere; verum non solum vos vidisse poenitebit, sed inde intollerabilem horrorem concipietis. Desistunt ergo a petitione fratres; ipse vero magis importunus ab eis pecunias pro viatico postulat; ipsi se nec argentum, nec aurum habere respondent.¹⁷⁸ Ille praetorem civitatis liberalem fore replicat, si pro ipso fratres pecunias essent petituri; nec hoc posse fieri aiunt Fratres, vetante et expresse Regula prohibente. Advertens astuta vulpes se in hoc delusum, nec ad transgressionem voti inducere posse conscientiosos fratres, alias insidias parat; inquit, vel me navi imponite, vel me per pontem deferte, alias hinc migrare non potero; ab utroque se excusant fratres, et versipellem, jam quaedam minus sincera suspicantes, adhortantur, ut eo lentius incedat, Deum easdem vires suppeditare posse, quas hucusque suppeditasset; et interea urgent fastidiosi hominis discessum quem ad januam usque comitantur. Ecce vix viginti conficere passus potuisset, cum fratres se invicem alloquentes, aiunt; amabo¹⁷⁹ videamus qualiter jam noster infirmus ambulet, dolosus enim, et non sincerus videtur; insequuntur (83) subito, eousque quo nec robustus viribus oculos intuentium subterfugere potuisset; et ecce nemo comparet; pergunt fratres inquirendo in plateis, et ad portas civitatis, hominem depingendo, utrum ipsum quispiam vidisset, quem mortalium nullus, fratribus exceptis vidit. Hinc, non hominem, sed daemonem fuisse facile constat, qui dolis suis fratres regulae suae praevaricatores efficere tentavit; vel si ipsum navi duxissent, aut per pontem tulissent, in lacum ipsos demergere decrevit; quos tamen ut cautos et suae professionis memores divina clementia servavit.¹⁸⁰ (84)

¹⁷⁸ O glückliche Zeit, als die Söhne des hl. Franziskus mit dem Geld nichts zu tun hatten!

¹⁷⁹ „amabo“, ein elliptischer Ausdruck der Umgangssprache — „ich bitte sehr, es ist mir lieb, ich werde dir verbunden sein, wenn...“

¹⁸⁰ Vgl. PAL tom. 117, 228—30.

Veldkirchium

Anno 1600 R. P. Seraphinus ab Altstetten¹⁸¹ missus Feldkirchium adeo suis concionibus, et praeclaris exemplis animos universorum delinivit, ut missis ad capitulum legatis, pro monasterio construendo in sua urbe obnixè rogaverint; et quidem ita efficaciter, ut anno sequenti locus susceptus sit; ac tandem monasterium ex communi aerario, aedificatum 1605 et ad suam perfectionem perductum; promotore tam apud Summum Pontificem, quam apud Adm. R. P. Generalem capucinatorum Illustrissimo Dno D. Joanne episcopo Veg. Nuncio¹⁸² apostolico apud Helvetios ac Rhetos. Obtulerunt gratis suos hortos pro loco monasterii quam promptissime Nicolaus Capittel, Magdalena Zollerin, Veronica Hummelbergerin et Catharina Grantzingin. Pecuniam vero liberaliter contribuerunt: Adm. R. Nob. Dominus Bartholomaeus Mützler Doctor Cath. ecclesiae Constantiensis canonicus et senior, 360 florenos; Nicolaus Capittel cum sua conjugè 900 florenos; D. Christophorus Furtenbach et consortes 500 florenos; Catharina Furtenbachin virgo 500 florenos.

Habet et iste locus dulces suos fructus per capucinos omni tempore productos, ante quorum adventum tam cives, quam vicini catholici quidem erant, sed tales ut abunde sibi religiosi ac devoti viderentur, si praecepto Ecclesiae de semel in anno recipiendis poenitentiae et eucharistiae sacramentis satisfacerent. Ex quo unico principio facilis de coetero virtutum comitatu conjectura est. Jam vero per Dei gratiam et capucinatorum pium laborem talis status incolarum est, ut non tantum in quatuor summis festivitibus¹⁸³ omnes, sed speciatim (85) in solemniis ordinis minorum indulgentias habentibus¹⁸⁴ magno numero in ecclesia capucinatorum sanctissima sacramenta devotissime frequentent; et quod hic novum est, sacro adventus tempore, multa hominum millia, turmatim undique ex hac ditione ad divina participanda ad capucinos conveniunt; quos summopere venerantur, eo quod etiam passim infirmis, tribulatis, desolatis, incarceratis, et ad supplicia damnatis indefessi assistant; concionesque ad po-

¹⁸¹ P. Seraphin Engel von Altstätten (1568–1629), ein hervorragender Prediger. Siehe: Das Kapuzinerkloster Wesemlin, S. 84–85; PAL t. 118, 797–816.

¹⁸² Nuntius Johannes della Torre, siehe oben Anm. 174.

¹⁸³ Diese vier Hauptfeste sind: Weihnachten, Ostern, Pfingsten und Allerheiligen. oder Maria Himmelfahrt.

¹⁸⁴ Sixtus V. erließ am 28. Sept. 1585 die Bulle „Universis Christifidelibus“, wodurch er für die Feste der hll. Franziskus von Assisi, Antonius von Padua, Ludwig von Toulouse, Bonaventura, Bischof, Bernardin von Siena und Klara von Assisi für ewige Zeiten einen vollkommenen Ablass jenen gewährte, die an diesen Tagen in einer Kirche des seraphischen Ordens die heiligen Sakramente empfangen. Bullarium OFM Cap. 1, 39f.; eine lat. Abschrift und eine deutsche Übersetzung im PAL Sch 37 (1 G 1 u. 2).

pulum, non sine magno fructu et aedificatione animarum, ordinarie habeant.¹⁸⁵

Hic in sacello ecclesiae capucinatorum caput R. P. Fidelis Sigmaringani capucini asservatur, quod ob praeclarissima et evidentissima miracula, quibus fulget, in summo honore habetur; cuius vitam, martyrium et miracula referre licet, cum vitam foeliciter finierit dum guardianum Feldkirchii ageret.

**Relatio historica¹⁸⁶
de vita, martyrio et miraculis
R. P. Fidelis, Capucini**

Non est abbreviata manus Omnipotentis Dei, ut quotidie in Ecclesia sua militante novos duces et impavidos milites excitare nequeat, quos suo tempore in triumphante, ut victores, aeterna laurea coronare possit. Sic enim etiam his nostris exulceratis temporibus, cum annis superioribus Rhetia novis motibus agitata, totaque concussa et quassata esset, inter alios strenuos milites pro zelo domus Domini spiritualiter decertantes, verbumque vitae, genti illi misere (86) seductae, cum vitae propriae periculo, et contemptu disseminantes, P. F. Fidelis Ordinis Minorum S. Francisci capucinatorum, non post principia stetit.¹⁸⁷

Natus is erat honestis et catholicis parentibus, patre consule, ante religionis ingressum Marcus Ray¹⁸⁸ vocatus. Patria Sigmaringa, civitas an-

¹⁸⁵ Welch trostreiche Schau bieten diese Zeilen! Auch hier in Feldkirch wie in der Schweiz sorgten die Kapuziner vor allem für den würdigen und häufigen Empfang der heiligen Sakramente. So auch in Konstanz. Siehe oben. — Bei der Provinztrennung (1668) kam das Kloster Feldkirch zur vorder-österreichischen Provinz; 1783 der Tirolerprovinz zugeeilt. SF 6, p.160; P. Agapit Hohenegger, Geschichte der Tirolischen Kapuziner-Ordensprovinz 2, (Innsbruck 1915) 732; Romuald a. a. O. 221—26.

¹⁸⁶ Der folgende Bericht über Leben und Martyrium des hl. Fidelis von Sigmaringen stimmt beinahe wortwörtlich überein mit der Lebensbeschreibung des hl. Fidelis, die P. Hieronymus Gundersheimer von Freiburg Br. (1568—1627), unser ältester Provinzchronist, seinen Annalen einverleibt hat unter dem Titel: „Relatio Historica de Martyrio B. Patris F. Fidelis Sigmaringani Capucini“. PAL t. 115, 397—410; ed. in SF 3, 26—34. Die Priorität kommt unbestritten P. Hieronymus zu, der seine Relatio ca. 1625 abgeschlossen hatte, also in der Zeit, da P. Rudolf erst mit seiner Descriptio begann. P. Alexius Waldner von Speier (1583—1629), der eifrige Mitarbeiter des hl. Fidelis in der rhätischen Mission, hat dem Schluß seiner „Historialis Relatio de Missione Rhaetica“ (ed. in Analecta OFM Cap. t. 14 und 15) die Lebensbeschreibung des hl. Fidelis von P. Hieronymus beinahe unverändert angefügt. Analecta OFM Cap. t. 15, 178—187. P. Alexius hat seinen hochinteressanten Bericht über die rhätische Mission 1622—25 begonnen am 26. Febr. 1625. Analecta OFM Cap. 14, 174.

¹⁸⁷ Principia: die vordern Reihen, die Front, die Kampflinie, die Feuerlinie.

¹⁸⁸ Über den Namen Ray (Roy, Rey) siehe SF 42, 55.

tiquissimi nobilissimique ducatus Sueviae, Illustrissimorum Principum ab HohenZollern avita sedes. Puer bonis litteris eruditus ac deinde in diversis catholicis academiis educatus, philosophiae curriculo jurisque studio absoluto, utriusque juris doctor in archiducali academia Friburgensi publice creatus est. Praeterque vernaculae et latinae linguae peritiam, italicae et gallicae quoque cognitionem habuit.

Contemptis autem, ac posthabitis saeculi vanis honoribus, ad Omnipotentis Deo perfectius serviendum animum applicuit. Cum enim Ensishemii in juridicam praxim incumbens, juristarum pericula penitus introspiceret, imo jam ex parte explorata haberet, relicto tumultuoso contentiosoque foro, meliorem partem eligere, germanumque suum adhuc unicum, P. Appollinarem capucinum sequi, iisdemque quo ipse passibus Christum crucifixum insequi, Deo inspirante, decrevit. Itaque anno aetatis suae 34, salutatibus vero 1612, sacro presbyteratus ordine initiatus est; et in ipso die festo seraphici Patris sancti Francisci, in ecclesia Fratrum capucinatorum Friburgi Brisgoiae, provinciae Helveticae, dioecesis Constantiensis, primitias suas Altissimo Deo obtulit, ac de sanctiori instituendae vitae modo cogitans, peracto sacro, habitum ordinis Fratrum (87) minorum S. Francisci capucinatorum induit, in eoque ordine, anno probationis summa morum probitate, animique pietate ac constantia expleto, in praedicto loco religionis pariter et fidei professionem, juxta SS. Tridentinae synodi praescriptum emisit. Cumque jam aliquot annis patribus dictae provinciae ferventem zelum, humilitatem ac singularem suam pietatem probasset, studio S. Theologiae absoluto, ad concionatoris, confessarii et guardiani munera subeunda, virtute, doctrina meritisque ejus exigentibus, assumptus est.

Anno 1621, dum pro tempore guardianus Veldkirchii existeret, messisque non spernenda in Rhetia praesertim Pretigauia appareret, ad illam vineam a singulari fero depastam, denuo excolendam, a multum R. P. Matthia,¹⁸⁹ viro omnium veneratione et amore digno, tunc provinciali ministro, missus est,¹⁹⁰ ut divini verbi disseminatione, populi illius conversionem, promoveret, eumque ad sanctae fidei catholicae professionem, romanaeque ecclesiae obedientiam, qua doctrina, qua exemplo reduceret.

¹⁸⁹ P. Matthias von Herbstheim aus Reichenau (1579—1654). Siehe oben S. 61, Anm. 115.

¹⁹⁰ Die deutsche Übertragung des Obedienzschriftens, womit P. Provinzial unsern P. Fidelis mit der rhätischen Mission am 21. April 1622 betraut hat, siehe bei Ferdinand della Scala, *Der hl. Fidelis von Sigmaringen* p. 120f.; Abschrift des lateinischen Originals in PAL t. 118, 157f.